

PROSPERI  
ALPINI  
DE PLANTIS AEGYPTI  
LIBER.

.IN QVO NON PAVCI, QVI CIRCA  
herbarum materiam irrepserunt, errores, deprehenduntur, quo-  
rum causa hactenus multa medicamenta ad usum medicinæ ad-  
modum expetenda, plerisque medicorum, non sine artis iactura,  
occulta, atque obsoleta iacuerunt.

AD IOANNEM MAVROCENVM  
*Antonij Filium Patricium Venetum*  
*Clarissimum.*


Accessit etiam liber de Balsamo alias editus.



VENETIIS, M. D. XCII.

Apud Franciscum de Franciscis Senensem.





IOANNI  
MAVROCENO  
ANTONII FILIO

Patritio Veneto Clarissimo.

PROSPER ALPINVS· S. D.



**P**LANTARVM cognitionem, Ioannes Maurocene Clarissime , à magno illo Chirone Centauro Saturni filio , vel ab Apolline, vel denique ab Aesculapio (quos pro Dijs aliquando cœca mortalitas coluit ) inuentam , cum Pythagoras sapientia clerus, tum alij prodiderunt . Posteaq; perspectis ad corporum sanitatem ipsarum apud omnes admirandis viribus , multi non solum sapientissimi Philosophi, inter quos Democritus clari nominis vir, istius scientia amore multas regiones peragrauit, verum etiam maximi Reges ( quorum nomina id significantia hucusq; in aliquibus plantis conseruantur ) in earum studio plurimum insudarunt . Non est itaque cur cuiquam mirum videatur , si ipse de plantis , quas olim in locis Aegypti inspexi , ac obseruavi , librum à me conscriptum , nunc in lucem

I N D E X  
OMNIVM CAPITVLORVM  
Q V A E I N T O T O O P E R E  
C O N T I N E N T R.

L I B E R D E P L A N T I S  
Aegypti Capita.



V R de plantis in Aegypti locis prouenientibus	
fit agendum. Cap. I.	fol. 1
De Cassia Fistula, Chaiarxābar vocata. Cap. II.	
fol. 1.	
De Siliquis dulcibus, carub ab Aegyptijs voca	
tis. Cap. III.	fol. 3
De Acatia. Cap. IIII.	fol. 4
De Paliuro Athenei, Nabca appellato. Cap. V.	fol. 7
f. 7	
De Sycomoro Giomez uocata. Cap. VI.	fol. 8
De Palma Dachel. Cap. VII.	fol. 10
De Sebesten. Cap. VIII.	fol. 12
De Tamarisco Atlè vocata. Cap. IX.	fol. 13
De Tamarindo Derelside vocata. Cap. X.	fol. 15
De Agiahald. Cap. XI.	fol. 16
De Vzeg, atque an sit Lycium indum, Cap. XII.	fol. 17
De Ligistro Aegyptio, elhanne, uel tamathendi vocato. Cap. XIII.	
fol. 18	
De Balsamo, Balaffan ab Aegyptijs uocato. Cap. XIV.	fol. 20
De Calaf seu Ban. Cap. XV.	fol. 25
De Bon. Cap. XVI.	fol. 26
De Baobab. Cap. XVII.	fol. 26
De Gossipio arboreo, Gotne Msegjar appellato. Cap. XVIII.	fol. 28
De Sambac Arab, siue Geltimino Arabico. Cap. XIX.	fol. 29
De Phaseolo nigro lablab vocato. Cap. XX.	fol. 30
De	

De phascolo rubro, Abrus vocato. Cap. XXI.	fol. 31
De Mauz seu Musa. Cap. XXII.	fol. 32
De Sesban. Cap. XXIII.	fol. 33
De Sophera. Cap. XXIII I.	fol. 34
De Beidelsar. Cap. XXV.	fol. 35
De Achaouan Abiat, idest Artemisia alba. Cap. XXVI.	fol. 37.k
De Bammia. Cap. XXVII.	fol. 38.k
De Melochia. Cap. XXVIII.	fol. 39.k
De Zatarendi. Cap. XXIX.	fol. 40.k
De Pipere longo. Cap. XXX.	fol. 40.k
De Absus. Cap. XXXI.	fol. 37
De Sesamo seu Sempsem. Cap. XXXII.	fol. 37
De Culcas siue colocassia. Cap. XXXIII.	fol. 39
De loto Aegyptio Nuphar vocata. Cap. XXXIV.	fol. 40
De Stratiote, Haihalem maoui uocato. Cap. XXXV.	fol. 41
De Papyro Berd vocato. Cap. XXXVI.	fol. 42
De Cypero. Cap. XXXVII.	fol. 43
De Chatè, Abdellaui, & Batecha elnaui. Cap. XXXVIII.	fol. 44
De Achaouan seu parthenio inodoro. Cap. XXXIX.	fol. 45
De Neiemelmsalib, siue gramine crucis. Cap. X L.	fol. 47
De Melilotto Aegyptio Alchimelech uocato. Cap. X LI.	fol. 48
De kellù, psyllio, melanthio, cappare, vrtica, solano somnifero, coriandro, ocymo, hyosciamo albò, conyza, nuce methela, Secamonè.	
Cap. XLII.	fol. 49
De plantis per iter obseruatis. Cap. XLIII.	fol. 53

# LIBRI DE BALSAMO

## C A P I T A.



E Balsami planta, succo, fructibus, & virgis esse loquendum. Cap. I. fol. 62

An balsami planta, eiusque succus, fructus ac virga nunc reperiantur, & in quibus locis proueniat. Cap. II. fol. 63

Plantæ, quæ ab antiquis Arabiæ medicis Balestan, à Græcis Βαλσαμον, & à Latinis Balsamum uocabatur, fructuum, succi que descriptio. Cap. III. fol. 67

Veri opobalsami cognitio vnde sumatur, & qui ex antiquis verè hunc succum litteris prodiderint. Cap. IIII. fol. 70

De notis, quibus verum opobalsamum à non vero, Syncerum ab adulterato tuto cognoscitur, ac discernitur. Cap. V. fol. 92.

Veri carpobalsami, & xilobalsami cognitio, & consideratio. Cap. VI. fol. 75

Cur Petri Bellonij obseruationes in Aegypto circa balsami plantam factæ hic adnotata sint. Cap. VII. fol. 78

Aegyptij balsami obseruatio ex Petro Bellonio in libro X. itinerarij sum obseruationum, capite XXXIX. collecta. Cap. VIII. fol. 78





# PROSPERI ALPINI DE PLANTIS AEGYPTI LIBER.

*CVR DE PLANTIS IN AEGYPTI LOCIS  
prouenientibus sit agendum. Cap. I.*

ALPINVS, GVILANDINVS.

**V**INTA nunc agitur dies, ex qua in viridarium nos colloquendi causa conuenimus, in quo ubi medicinæ eius, quæ penes Aegyptios habetur, historiam ad finem perduxerimus, nihil aliud de illorum medicina dicendum nobis superfluisse, arbitror. Quare alijs nos sermonibus hac die in solito huius amoenissimi viridarij recessu, sub horum arborum umbra sedentes, animum recreabimus. **G** V I L A N D. Quid? an non etiam illorum locorum plantæ agnoscendæ supersunt? de quibus quidem te sermonem quoque facturum alias es pollicitus: cum ipsarum historia, ob varias in medendo utilitates, ad sermones hactenus de Aegyptiorum medicina inter nos habitos maxime pertinere uideatur? nec enim minus ex his utilitatis, atque voluptatis, quam ex illis nos esse suscepturos speramus cum à nullo hactenus illę recte obseruatę, ac traditę sint, maximeque quo ad ipsarum veras ichones, quas nemo profectò hucusque recte & accurate cognouit. Quod quidem ex Cassia Aegyptiaca, quam vulgus medicorum, fistulam, aut solutionem vocat, Paliuro Athenei, quam iij Napca appellant, ex alcanna Auicennæ scilicet ligistro Aegyptio, Cypro à nonnullis dicto: ex balsamo, Acatia, Lycio, Tamarisco, Faba Aegyptia, Strathiote, at-

A que

## DE PLANTIS AEGYPTI

que alijs quamplurimis nostri temporis plantarū studiosis prorsus ignotis, plane est manifestū. Itaque Aegyptiarum plantarum sic ab omnibus desiderata historia, non est à te nunc silentio prætereūda. **ALPIN.** Posteaquam te has plātas, quas loca Aegyptia producant, tātopere ex me audire delectat, cur ego tui obseruātissimus, tibi plane morem gerere non debo? Illas igitur hac die, quoad potero diligenter, tibi omnes aperire tentabo, ac præterea quos hæ ad mendicandum usus apud eas gentes habeant. **GVILAND.** Nunquam equidem de plurima tua erga me humanitate, & benevolentia dubitare potui. Quare nihil optatius, ac gratius mihi contingere poterat. Pluresque ideo nunc tibi gratias habeo: tuaque erga me hēc animi promptitudo esset nunc multis laudibus efferenda, quod minime faciam, ne summam tuam modestiam offendam. At hēc nunc omittamus, neque in his hodiernum tempus conteramus. Vbi itaque in viridarij huius amico recessu, quo Solis radij pertingere nequeunt, sub istac umbra consedimus, ut plantarum illarum historiæ principium facias tempus suadet; ac primum ab arborum narratione exordiens, de cassia fistula agito.

*De cassia fistula, Chaiarxambar vocata. Cap. II.*

A L P I N V S.

 **A S S I A** fistula, quam Aegyptij Chaiarxambar appellant, est arbor nuci, trunco, ramis, folijsque proxima, trācus corticem habet planum, mollem, atque cineritium, qualis omnino in crescenti nuce spectatur. Folia multo plura quam in nuce, alæ adligata pendent, in alis folia decem spectantur: totque ex qualibet ferè ala pendere obseruantur, utrinque ordinatim quinque posita; sunt etiam huiusc arboris folia nucis folijs duplo longiora, & in extremo aculeata. Flores fert aureos, multos, leucoijs proximos, sed multo maiores, numerosioresque, florū anagyridis instar, alæ adligatos, ac pendentes; alę siquidē omnes innumeris ferme floribus onustę ac graues deorsum uergere cernuntur. Sunt etiam hi valde odorati, præsertimque oriente Sole. Aegyptij diluculo per Cassiarum loca deambulare saepius odoris causa conseruerunt: quippe aura à cassijs, eximium ac gratissimum odorem spirantibus, ad ipsos delata, oblectantur. Apud illos enim florentes arbores


arbores aer matutinus perpetuò eximium, ac suauorem odorem re-  
dolet. Flos quilibet in medium multa capillamenta, tenuissima, ro-  
farum flosculis similia habet, quæ paulatim crescentia, in crassiores  
fistulas postea mutantur. spectantur primo ipsa tenuissima obliqua,  
ac obtorta, deincepsque magis peraepta, crassiora euadunt, ac ma-  
gis recta; tandemque iustum magnitudinem adepta, rectissima, ut  
Calami fiunt. Fistulæ maiores cannæ crassioris magnitudine specta-  
tur, atque duorum ferè cubitorum longitudine. Arbor florere inci-  
pit mense Iunio, floret toto etiam mense Julio Alexandriæ & Cay-  
ri. Pelusij vero nunc Damiatæ, cassias mense etiam Septembri flo-  
rere vidi. Cannæ vel fistulæ toto anni spacio maturantur, totoque  
anno semper hæ in arbore manent, quas Aegyptij Iunio tantum  
mense Cayri colligunt, quo tempore multæ, paruæ, recenter ex pri-  
mis floribus productæ virides spectantur, phæseolorum siliquis ual-  
de similes: quæ paulo post crescentes, paulatim viridem colorem  
in nigrum commutant. Has recentes & paruas, virides aqua in pri-  
mis ebullitas faccharo illi condunt. Quarum sic conditarum ingēs  
copia in varias regiones asportatur. Quæ Pelusij in arboribus legun-  
tur, corticem habēt crassiorem, & parum intus substantiæ obtainit.  
Cayrinæ uerò, & Alexandrinæ cortice constant tenuiori, multaque  
substantia intus plenæ, ex quo hæ cæteris omnibus bonitate præ-  
feruntur. Quæ, vt alias quoque dictum est, duplices sunt differen-  
tiæ: etenim aliquæ aliæ subrubræ, quas Abes vocant, à colore il-  
liusce gentis, cernuntur: quæ sunt omnium optimæ, & aliæ nigræ.  
Quod de cassijs aliqui dixeré, optimas cannas manibus concussas  
sonum non edere, ibi planè falsum obseruatur, quando omnes re-  
centes motæ sonum edant, atque etiam in arboribus cannas à uen-  
tis motas, seminibus intus motis, multū sonum edere quotidie pro-  
pè eas habitantes, audiunt. Quod etiam dulces siliquæ faciunt. quæ  
uerò ex cassijs nō sonant, ab Aegyptijs vituperantur, opinatibus id  
ob aqueam humiditatem intus collectam, vitiata pulpa accidere.  
Neque immaturæ colliguntur, ut aliqui referunt. Emuntur vero  
sæpesæpius ab aduenis mercatoribus senio confectæ, cum ingens  
copia sæpæ in ædibus ad eā rem paratis, annos ad vsque quadragin-  
ta adseruetur. Collectas enim ex arbore continuo in opportuna lo-  
ca sic ij claudnnt, ut nullus aer ingrediatur, cum ex minimo aeris  
contatu cassiæ corrumpantur. Hincq; sæpisime ad nos vetustatæ ui-  
tiatæ ac etiam acidæ mitti solent. quam ob rem rogatos esse uelim

## DE PLANTIS AEgypti

omnes pharmacopolas, ac medicos, ne post hac se decipi sinant, & semper ex illis feligant recentes, quarum substantia subdulcis est, antiquasque acidum, ponticumque saporem sapientes effugiant. Aegyptij cassijs non utuntur recentibus, sed saltem post quartum mensem: quandoquidem iuniores, recentioresque inutiles neque à noxa immunes obseruantur. Utuntur uero, atque nostri quoque faciunt, fistularum pulpa uel in bolis, uel in potionē, parata. Est hæc pulpa quo ad calorem temperata, atque humida supra primum gradum, bilemque, ac etiam pituitam à stomacho, atque uenis mesenterij educit, & sanguinem calidiorem contemperat, atque puriorem reddit. Ab his in uocata cœteris in urbe Cayri præfertur ad morbos biliosos, ac melancholicos, præcipueque in affectibus pectoris, à distillatione acutorum humorum concitatiss, quibus mire subuenit. Pulpa hac cum saccharo candido, & liquiritia pro secreto uti solent ad renū, uescicæque uitia: renū enim extinguit immodicum calorem, humoresque ab his partibus abstergit, atque per urinam expellit: proinde ipsius frequenti usu homines se à calculis præcauent. Ea etiam utuntur ad tussim antiquam, dispnēam asthma, & orthopnēam cum agarico. pro calidis articulorum doloribus, maximeque in podagra, dolentibus partibus, emplastri modo ipsam adhibent, nec non ad calidas inflammationes eodem modo eius usum sequuntur. Siliquas vero cassiarū, proinde ac phafolii paruas uirides in aqua prius parum ebullitas, & mox in umbra ab humiditate siccatas, saccharo, uel melle condit, atque ad usum seruant puerorum delicatarumque mulierum; exhibent uero ad summum eas usque ad vntias quatuor, & ad untiam in pueris. Hisque utuntur ad eosdem nuper dictos affectus. GVILAND. Placuit mihi hæc cassiarum historia, sed cupio ut tu mihi & cassiae, & aliarum, quas obseruasti, plantarum figuram ostendas, quando te probe omnes delineasse, ac pinxit certò sciam, quod nemo antea recte id nobis præstiterit. Quamobrem prius uisa cassiae arboris ichone, alias plantas narrare mihi pergit.

Cassia

CASSIA FISTVLA, CHAIARXAMRAR.



De

# DE PLANTIS AEGYPTI


*De siliquis dulcibus, carub, ab Aegyptijs vocatis.*

Cap. III.

A L P I N V S.

**A**SSIAE proxima est arbor carub, uel carnub ab Aegyptijs dicta, que cum in Aegypto nascatur, dicenda quoque à me erat. Arbor est nobis notissima, cum harum arborum in multis etiam Italiæ locis multa sit copia, quales sunt, que in Neapolitano agro, & Apulia cernuntur: in ijs locis etenim copiosissimi aluntur. Ex hac arbore Aegyptij siliquarum tantum usum cognoscunt; Mel quidem ex ipsis extrahunt dulcissimum, quo Arabes sacchari loco, cassias solutiuas recentes ac paruas, zinzibere, mirabolanos, Tamarindos, atque alios multos fructus condunt. Huius quoque mellis usus est frequentissimus uice ueri mellis ad Clysteres, & aliqui etiam per os sumendum concedunt ad subducendum aluum: ipso etenim aluus non minus quam pulpa cassiae ibi ad excretionem mouetur. Utuntur etiam in rennm inflammationibus eo, intus extraque apposito. Ad tussientes, asthmaticos ipsum non secus, quam cassiam exhibent, valdeque ipsos iuuat, non minus decoctum ex siliquis paratum eadem hæc prestat. At modo de spina Aegyptia, acatia uocata, multis haec nus ignota loquamur. G V I L A N D. Nihil mihi carius esse nūc poterit, quante de hac planta dicentem audire, quem planè in illis locis eius ueritatem cognouisse scio.

S I L I Q V A D V L C I S C A R V B,  
& carnub uocata.



*De Acacia* Cap. *III.*

A L P I N V S.

**A**CACIA, quam Sant Aegyptij appellant, in Aegypti locis à mare remotis nascitur: huiusq; arbores copiosissimæ in montibus Synai, pene rubrum mare positis proueniunt. Crescuntque ad mori magnitudinem, ramosque sursum latius expandentes; quod etiam Dioscorides admittit;

## DE PLANTIS AEGYPTI

nuit, dicens, arborem non in rectum se attollere. Caudex quanta est pruni magnitudo cernitur corticemque habet nigrum, asperum, multis acutissimis spinis munitum. Arbores, quae in praedictis montibus spectantur, spinis albis horridissime existunt, asperrimoque Cortice trucus cernitur: Folia oblonga, parua minutissime incisa habet, tanaceti proxima. & Flores paruos, pallidos subflauos, atq; etiam albos, rotundos, paruos lanæ floccos imitantes, platani fructibus forma planè similes, his tamen longe minores, & nihil aliud flos hiusce arboris uidetur, quam mollis lanugo paruū rotundumque globulum efformans, non ingratia est odoris. Quæ Cayri aluntur, flores habent flauos uel pallidos, & quæ sunt in montibus Arabie, albos. Ex floribus siliquæ lupinorum amulæ proferuntur, ipsis ueruntamen minores, in primis uirides, & mox nigrae apparent; quæ semina dulcium siliquarum seminibus sunt similia, & in siliquarum folliculis sunt conclusa. folia, flores, ac fructus gustum asperitate multa ac stipticitate feriunt. Ex immaturis siliquis, uiridibus succum exprimit, quem coquunt, ut indurent. Nonnulli etiam ex folijs, floribus imperfectis succum parant, sed eo est hic bonitate inferior. Cayri Coriarij ad denigrandas pelles multam copiam illiusce succi absunt. Huius arboris mas atque foemina reperitur, Mas quidem spinis est horridus, fructus non edit. Femina spinis paucioribus, mollioribusque referta est, eaque intra ramos non habet, sed tantum extra. Quæ arbor est fecundissima, florereq; orientibus Pleiadi bus, Nouembrio Mense incipit, & rursum iisdem occidentibus; scilicet mense Martio. bisque in anno fructus fert, atque maturat. Sine dubio hanc arborem esse ueram antiquorum Acaciam, uel spinam Aegyptiam, ex notis affirmandum est: præcipueque quia nulla alia arbor spinosa in Aegypto reperitur, quæ magis notis acaciæ tributis respondeat, atque multo magis quod illi Kachiam quoque nominant. G V I L A N D. Hinc ego multos non possum non uehementer admirari, qui nesciant acaciæ uerum succum huc ex Aegypto quotidie comportari. Nunc enim pauci pharmacopæ existunt Patauij, ac Venetijs, qui eum succum ignorent, quem Orientalem acatiam appellant, ad illiusce succi, quem multi pro acatia substituunt, differentiam, qui ex sylvestribus prunis à quibusdam paratur. Neque minus etiam miror nonnullos, quod hanc plantam non à Clarissimorum Venetorum consulium medicis, uel pharmacopolis in Aegypto multos annos uersatis acceperint, potiusquam ex

ex Græcia, quam acatiæ feracem fuisse nemo antiquorum dixit, ve  
luti multi, quod in Aegypto hæc planta viuat, spinam Aegyptiam  
ipsam nominarunt. Huiusmodi itaque plantæ genus nō ex Græcia  
ut Andreas Mattheolus Bizantio se habuisse ait, in quo tamen non  
parum deceptus fuit, sed ab Aegypto foret petendum, in qua om-  
nes scriptores acatiam copiosissime prouenire affirmarunt. Tibiq;  
acatiæ illam imaginem, quam Mattheolus pinsit, planè falsam esse  
notissimū ex dictis puto. ALPIN. Aliud de acatia erit animad-  
uertendum, quippe multos sic etiam errasse, ut purarint gummam,  
quam arborem hanc ferre multi incinerunt, apud nos utique nō  
reperiri, neque ex Aegypto veram comportari, quod ipsam forma  
vermiculari constare Dioscorides prodiderit. Gummamque hanc,  
quām falso Arabicam appellant, aiunt, esse similem potius aliarum  
arborum, quippe cerasorum, prunorum, persicorum, pomorum, pyro-  
rumque gummis. Quare veram Arabicam, vel Aegyptiam, quæ in  
Caudice acatiæ arboris, ut scriptores herbarum prodiderunt, gigni-  
tur, nequaquam reperiri. GVLAND. Quid tu ea de re sen-  
tis? ego uero horum esse nugas puto. ALPIN. Hoc certe scio,  
me sæpiissime hisce manibus Cayri in Viridarijs multis acatiæ ar-  
boribus refertis, ex ipsorum truncis multam collegisse: ac presertim  
in Viridario propè èdē Veneti cōsulis posito, in quo sunt multæ ar-  
bores acatiæ; ex quibus Gūma manat, pace Dioscoridis dixerim, nō  
tota, sed paucissima, quæ vermiculari forma spectetur, neq; tota al-  
ba, ac clara. Vno etenim colore, ac una figura neutiq; omnes acatiæ  
arboris gummæ spectantur. talemq; formā uel figuram accipit gum-  
ma, qualem motus succi è cortice manantis fit, nam interim ubi ad  
modum est crassus, non multum deorsum mouetur, sed statim ferè  
excretus coalescit, granosaque gumma tunc fit, tenuiore vero suc-  
co exeunte, multumque fluxili, aliquando oblongam gummam  
reddit. atque uno verbo dico, me videssé gummam acatiarum, figura  
atque colore plerasque cerasarum prunorum ue gummis haud dissimiles.  
Præterea scies quoque, totam gummarum quantitatem, quæ  
ad nos ex Aegypto conuehitur, esse acatiæ arborum: quando nulla  
ibi arbor sit hac excepta, quæ gummam educat. Aegyptus siquidem  
ac Arabia, prunis, cerasis, pomis, atque alijs gummiosis arboribus om-  
nino caret. ex quo non ex alia, quām ex acatia gummam Arabes ac  
Aegyptij colligunt. GVLAND. vera loqueris, sed dic queso  
etiam eius medicos usus, quos tu apud eam gentem probè obserua-

## DE PLANTIS AEGYPTI

sti? ALPIN. Aegyptij acatię arboris utuntur succo, ex siliquis immaturis expresso, vel etiam ex floribus, folijs, uel ex fructibus etiam. Succi huius usus apud eos frequentissimus est ad oculos roborandos, atque ab inflammationibus, quae ibi sunt frequentissimae, tuendos: ad oris, auriumque omnia vlcera. nec non ad labiorum fissuras. ad dentes collabentes roborandos, atque firmandos. succo in puluerem redacto, postablutionem ex decocto eiusdem succi, vel foliorum vel florum parato, factam, vtuntur supra gingivias asperso, ac eo dentibus confricatis. Sanguinem spuentibus dragmam singulomane aliquo liquore dissolutam, potandam offerunt, mirasse; ad quamcumque sanguinis fluxionem firmandam semper vires habuisse apud eos cognitum est. Ego sepiissime hoc solo auxilio multas mulieres ab immodico vteri profluvio penè mortuas reuixisse, atque sanatas fuisse certo scio. In ijs quidem, quae has immodicas patiuntur vacuationes, clysteribus ex acatię foliorum, flororumque decocto paratis, in vterum iniectis vtuntur. atque etiam succo puluerizato, prædicto cum decocto dissoluto, atque immisso. In alii fluxionibus eodem modo tū clysteres frequentat, tū per os succum feliciter exhibent. Ad anum, vterumq; foras procidentē succo dissoluto cum foliorum, florum quę decocto, nihil habent præstatiū, ac frequentius, quo vtantur. Ad eos, qui ex quacumque causa articulos debiles habent, fomentum, ex ijsdem omnibus paraū pro præsentaneo auxilio habent. neque imerito. cum acatia præuidissima adstringendi vi prædicta sit. Omnes eius fomento vtuntur ad defendendos articulos ab humorum decutsu. atque non minus in ijsdem tumefactis, atque inflammatis, præsertim in principio dum humores adhuc in cursu existunt. Hincque usus ad podagricos dolores frequentissimus est, maximamque uim habet acatia, ut à podagricis incuribus homines præseruet. Non desunt, qui ad ea mala non modo foris fomenti, uel balnei modo acatia utuntur, uerum etiam succi modicum per os sumere ante fluxionis tempus per aliquot dies consuecant, ut ipsæ internæ uiæ angustiores factæ minus cursui humorum pareant. Aliqui, etiam ex succo acatiae, atque aceto linimentum parant, ad linendos articulos debilitatos, quo sanè mirifice eos roborant, ac firmant. Multos noui recenter à podagra tentatos, vsu assiduo acatiae planè conualuisse; qui singulis diebus per horam ad minus pedes in decoctum acatię calidum detinebant; eoque fomentabatur, pedesque

L I B E R .

6

pedesque abstersos linimento ex succo acatiæ, opobalsamo, acetō-  
que parato etiam inungebant. Ad pudendorum, aliarumque debi-  
lum partiū ulcera difficultia, succi aqua plures loti poluerizati usus  
est illis familiarissimus, decocto etiam utuntur, ad exsiccan-

das pustulas omnes, præsertimque Gallicas, sed deco-

ctum parant etiam cum modico ligni Guaiaci.

In pueris etiam ad acores in capite orientes,

& decocto, & puluere utuntur. hic-

que acatiæ est usus apud eam


gentem nunc fre-

quentia-

tus.



DE PLANTIS AEGYPTI  
ACATIA, SANT, ET KAKIA.



De

*De Paliuro Athenæi, Nabca appellato. Cap V.*

## A L P I N V S.

**A**RBOR in Aegypto, quam illi Nabca dicunt, loti magnitudine spectatur, instar acatiæ spinosa, folia ferens iuiubæ proxima, ueruntamē latiora, & flores iuifubæ floribus quoq; planè similes, albos ac paruos, à quibus erunt pomula rotunda, odorata, dulcia, gustuiq; ualde suauia, cerasorum maiorum Marosticensium appellatorum æmula, quæ apud primates Aegyptios, ac Turcas sunt in magno pretio. Arbor bis in anno, scilicet vere, ac autumno floret, fructusque maturat, fæcundissimaque existit, veruntamen uere fructus non perfecte maturant, nec, ut in Autumno perficiuntur, pleriq; enim ipsorum prius putrefactūt, quām maturescant. Autumno perfectissima ac optima euadunt.

**G V I L A N D.** Sine dubio hanc arborem esse paliurum & con-

norum olim ab Alexandrinis appellatum, Athenæi scriptis constat.

De qua arbore sic in lib. 14. scripsit: Meminit de ijs Agathocles CyCap. 20.

zicenus his verbis libro historiarum patriæ tertio: Cum in sepul-

chrum fulmen irruisset, arbor ex tumulo pullulauit, quam illi conno-

rum nominant. Est autem planta vlni piceæque magnitudine, nihil

que minor. Truncos habet frequentes, & oblongos, spinasque pau-

lum prominentes: Folium est tenerum ac viride, phyeque similli-

mum. Fructum bis quotānis producit, vere scilicet, ac Autumno,

qui dulcis est omnino, & oliuæ, oleastrique fructui similis. Carnem

osque illi simile habet: at differt, succi voluptate, cuius fructus etiā

viridis comeditur. **A L P I N.** Sine dubio puto predictam arbo-

rem esse cannorum, siue paliurum eandem, quam Athenæus prodi-

dit. et si fructus osque non uideatur omnino similis Nabca fructui,

ac ossi, quando iij similes pomis sint, ossaque rotunda, & non oblon-

ga, qualia in oliuis cernuntur existant. Nusquam tamen in Aegy-

pto ex siccatis illis fructibus farinam fieri apud eos animaduerti.

Sed precipuus usus ipsorum est recē iūm, ac viridium pro cibo. eis

siquidem omnibus, atque nostris, cerasa mandere, consuetudo est.

Sed nunc ad eius usum in medicina explicandum transcamus.

**G V I L A N D.** Fructuum usum esse videtur, Arabibusq; notis-

simus, de quo Serapio sic scripsit. Sadar duæ sunt species, una est

Affri,


## DE PLANTIS AEGYPTI

„ Affri, & alia est adhal: sed affri non habet spinas acutas: & folia am-  
„ barum spetierum sunt lata, & rotunda: & nabuch ex adhel sunt par-  
„ ui: & meliores ex eis sunt illi, qui sunt ex ea regione, & offeruntur re-  
„ gibus: & sunt dulciores omnibus alijs: & meliorjs odoris, & aroma-  
„ tizant os comedentis, & indumenta, sicut alia aromata. Horum fru-  
„ ctuum facultas est frigida & sicca in primo gradu, perfecte maturi-  
„ aliqualem habent humiditatem, sunt omnes adstringentes ante ma-  
„ turationem, quorum usus frequens est ad stomachi aluiq; relaxatio-  
nem firmandam: ad quę mala succum etiam ex ipsis immaturis ex-  
pressum, familiariter tum per os sumptum, tum Clysteribus iniectū  
sequuntur. vtuntur etiam ijsdem fructibus siccatis, atque in aqua in-  
fusis. aqua enim infusionis ipsorum vtuntur, ut dictum est, ad relaxa-  
tionem intestinorum, atque etiam ad ulcerā intestinorum. Sed ma-  
turorum siccatorum decoctum, uel infusio familiarissima est ad om-  
nes pestiferas febres: aiunt enim hos fructus miram aduersus vene-  
nosas qualitates, & putredinem efficaciam habere, corq; strenue ro-  
borare. Succus perfecte maturorum optimus est ad purgandam bi-  
lem à stomacho, atque à primis ductibus venarum. In omnibus  
putridis febribus infusione ex ipsis parata libenter ad sedandum ca-  
lorem utuntur. Esui summe iucundi existunt hi fructus, præcipue-  
que maturi, tamen parum nutriunt, facileque, ut cerasa, in stoma-  
cho corrumpuntur, si immoderate ipsorum esui indulgeatur,  
stomachusque offenditur. GVILAND. Non desunt  
multi, qui ( neque immerito ) inter iuiubas hanc  
arborē recensent, quo factum est, ut mirum  
non sit, aliquos etiam uiros doctissi-  
mos iuiubam palium esse vo-  
luisse. Sed arboris huius  
nunc detegas  
figuram.



NAB

## NABCA PALIVRVS ATHENEI CREDITA



DE

# DE PLANTIS AEGYPTI


De Sycomoro Giumez vocata. Cap. VI.

A L P I N V S.

**S**ARBOR vastissima ab Aegyptijs Giumez vocata, in Aegypto prouenit, quam nostri Sycomorum, ac sicum Aegyptiam appellant. Hanc proceram arborem in arenosis, sterilibusque Aegypti locis Natura sagacissima perduxit, sub qua possent homines ab iniuria radiorum ardantium solis aliquando se tueri. Maxima siquidem arbor est, ramosque sic latissime spargit, ut magnam umbram viatoribus prebeat, quae in huiusmodi calidis locis, arenosis, ac ferè solis calore inflammatis, libenter expeti ab omnibus soleat. G V I L A N D . in lib. 2. de alim. facult. Galenus scripsit, se Alexandrię Sycomorum uidisse paruę ficui similem: quamobrem crescentis adhuc iuuenisque Sycomori, & non adulti magnitudinem spectasse arbitror: quod tam grandem arborem, omnibus communem, ipse non animaduerterit. Dioscorides melius ipsam describens, dixit. Sycomorum aliqui etiam sicaminum, idest morum uocant, cuius fructus Sycomorum, propter inefficacem gustum appellant. Arbor est magna, fico similis; frondosa, multo lacte abundans, folijs mori, pomum ter, aut quater anno fert, non ramis, ut ficus, sed caudice ipso caprifico non dissimile, dulcius grossis, sine granis interioribus: quod non maturescit, nisi ungue aut ferro sculpatur. A L P I N . Hæc descriptio ueram utique Sycomori figuram exprimit, sed ubi ait, folijs mori adderem crassioribus, candidioribus, atque asperioribus, quod hæc folia non nisi magnitudine ac forma, à ficus folijs differant. G V I L A N D . Vnde Aegyptij dicunt tantam hanc arborē habere cum fico & moro similitudinem, in qua utriusque figura spectatur? A L P I N . Insitionem fici supra morum plures illorum affirmant, ueluti Musam insitam quoque fuisse canæ saccharū fermentis supra radicem colocassiæ aliquibus est suasum: quod tamen nondum experientia verum esse didici. Sine dubio in hac arbore, truncus, rami, cortexque ipsorum, fructus, lac, foliorum asperitas, colorque fici appetet; & foliorum figura, magnitudo moro respondet. Fructusque tarde, neque perfecte maturescere, atque saporem aqueum & iucundum habere: hinc ait, mori

mori frigiditarem impedire, quominus fructus perfectam maturacionem consequantur. Hæc arbor, ut multi etiam meminerunt, sic est fœcunda, vt nunquam multis fructibus careat, qui caudici adnascuntur, minimeque ramis, neque fructum hæc arbor producit, nisi prius multis verberibus sæpe laccretur, sic ut caudicis quoque cortex vulneretur, ex quibus uulneribus lac continuò exit, unde ramus paruus, ficus ferens interim ternos, interim qui nos, interim septenos, & plures etiam. Hæc arbor ex seminibus non nascitur, cum ficus seminibus careant, sed ramis insertis propagatur, estque ex ijs, quæ citò crescunt, diutissimeque, quod mirum uidetur, vivunt. Quæpiam Sycomorus in Mattherea uisitetur, quæ sic ab habitatoribus credita est antiqua, ut omnes pro certo habeant in ilius trunci cavitate quadam olim Virginem beatissimam, iram Herodis Hierosolima fugientem, illuc se recepisse, & Christum puerulum Seruatorem nostrum per multos dies occultasse: ex quo ea arbor apud multos in multa est veneratione, maximèque eius trunci meatus, qui Christum occultauit, quem ipsi Dei magni spiritum fuisse fatentur. Fabulosum est quod dicit Matthæolus, truncos ramosque huiusc arboris nunquam sicarri, ni prius in aqua projiciantur, & morentur aliquantulum. Usus ficuum in cibo est stomacho nocuus, ipsumque laxat, labefactat atque subuertit. Eos vero ficus utiliter comedunt, qui uel itinere, uel sole incaluerint, refrigerationeque opus habent, & humectatione: fructus siquidem hifrigidi temperate existunt, multumque humidi, alium facile lubricant, atque relaxant, tumores omnes calidos, atque duros ficubus emplastri modo usi sanant. Pauci sunt, qui succum, ut meminit Dioscorid. ex truncō vulnerato colligant: affirmant tamē præsentaneum esse auxilium ad emolliendos scirrhosos tumores, atque ad pestem non ignobilem usum habere.

DE PLANTIS AEGYPTI  
SYCOMORVS GIVMEZ APPELLATA.



De

De Palma Dachel. Cap. VII.

## ALPINVS.

**P**ALMA notissima est arbor non modo Aegyptijs, Ara  
bibus, Syris, alijsquè orientalibus populis, sed Italiæ  
quoque multis populis, de qua ob id paucis mihi agen  
dum puto. Arbor est simplici caudice in rectum se atto  
lens, uiginti passuum & amplius altitudine. Folia ensibus similia  
habet, deorsum cannarum modo decidentia. Vere floret. Ramus  
enim quodam inuolucro oblongo, vesicæ modo, ad ver usque clau  
so, & tunc aperto præditus, flores emittit paruos, albos, odoratos  
racematin deorsum ab inuolucro residentes, ac pendentes. Martio  
siquidem mense inuolucra illa suis alis adligata aperiuntur, è qui  
bus globus filorum infinitorum prosilit, floresquè his filis, vél capil  
lamentis appensi cernuntur, à quibus dactili parui virides, vuarum  
racemos immitantes producuntur, qui Autumno maturantur. Va  
rij hi fructus inter se obseruātur magnitudine, figura & colore. Alij  
etenim oblongi magni, crassi, perinde ac pruna alba ( quæ Iulio  
mense in agro Bassanensi maturantur ) spectantur. Alij sunt parui,  
longi, glandibus quercuum similes, alijs rotundi, crassi. Alij virides,  
alijs albi, alijs flavi, alijsq; rubri, immaturi omnes gustū aspero styptico  
què feriunt, maturi dulcissimi, qui vero propè sunt, ut perfecte ma  
turentur, gustum Castanearū, dulciorem, suauioremquè reprehesen  
tant. Hæc arbor alternis tantum annis copiosiores fructus edit, ne  
que ( quod dictu valde mirabile videtur ) fœminæ concipiunt, ac  
fructificat, ni in ramis maris fœminæ ramos aliquis permiscuerit, ac  
se quasi osculari permiserit. Plerique fœminas ut fœcudent, non  
ramos, sed puluerem intra maris inuolucrum inuentam supra fœmi  
narum ramos, atque cor spargunt, vel alijs flores maris pulueris lo  
co spargere solent. ni enim Aegyptii hoc fecerint, sine dubio fœmi  
næ vel nullos fructus ferent, vel quos ferent, non retinebunt, neque  
hi maturescerent. **G V I L A N.** Haud credendam istam palmarum  
conceptionem, quæ fit arte à te narrata, arguere videntur innume  
ri dactili, qui in Arabiae desertis feruntur; in quibus sylvestrium  
palmarum sylva reperiuntur, quæ sine hominum cultu optimos  
fructus ac copiosos producunt, retinent, ac maturant, ex quo iudi

## DE PLANTIS AEGYPTI

co fœminas ad fœcūditatem moueri non ramis, vel pulueribus, aut floribus marium, vt Plinius, atque alij quoque meminerunt, sed magis non secus quam aliæ arbores radicum marium, atque fœminarum contactu facere solent, sc̄ ad fœcunditatem parare.

ALPIN. Arabes palmarum cultus periti respondebunt, palmarum fœcunditatem in Arabie desertis, licet arte non fiat (quando in his locis hæ arbores, vt dictum est, sine vlla cultura fructus producant) adiuuare ventos, marium è ramis pulueres, floresquè ad ramos fœminarum asportantes. Radicum vtriusq; sexus palmarum mutuam coniunctionem esse conceptionis causam, dicendum non puto, quando sic breuioribus radicibus palmæ omnes donatæ sint, vt et si ferè simul cohærent, nullus tamen radicum contactus inter eas esse possit, mirabileque dictu, palmarum altissimos vastissimosque caudices seu truncos posse sic breuibus, tenuioribus, paucioribusque radicibus in aerem subsistere, neque sua multa grauitate, ventisque etiam vehementibus sæpe ipsos quatientibus humi cōcidere. Accedit, quod caudicis postrema pars humili proxima, pōdus totius arboris sustinens multo gracilior, atque debilior reliquo caudice existit. Hinc plures Aegyptiorum hoc miraculo dūcti dixerunt, palmas nō terra radicibus attracta, sed aere ex sublimiori arboris parte ali, ac viuere. quod haec etiam cōiectura sibi ipsiſ per suadent. Quia si palmæ sublimior pars, quam cor ipſi uocant, excidatur, vniuersam plantam illico arescere obseruarūt: quod non accidit inferiori radicum concisa parte. Non est alia vlla arbor palma humano generi vtilior, siquidem ex truncis domorum trabes faciunt, ex ramis, parietes, multaq; alia lignea vasa ad vsum, quæ Cuffaz nominant. ex folijs flabella & sportas, è caudicis cortice funes pronauibus. fructuum verò vtilitas satis omnibus nota est. Sed quem ipſi ad medendum usum habeant, nunc quoque dicam. Ex fructibus tria sunt præcipue, quibus sanitatis gratia vtuntur, quippè spartum, puluis sparto, uel inuolucro contenta, atque daētili. sparti igitur membrana tum puluis facta vtuntur, tum ex ea parato decocto. Puluis maximum vsum habet per os sumpta ad Diarrhæam, lienteriam atque dysenteriam, nō minusq; ad omnes alias vel sanguinis, vel alterius humoris innaturales vacuationes firmandas: præcipue verò ad hepaticum fluxum, hemorrohidum, atque vteri cruentam vacuationem, atque ad sputum sanguinis. Hoc puluere quoque vtuntur ad firmanda vlcera depascentia, ad vux relaxationem, ac ad dentiā

com-


commotionem. Decocto ad omnia prædicta quoque vtuntur, sed sæpe cum eo mixto prædicto puluere. articulos debiles aptosq; fluxionibus mirum in modum ipsum iuuat, eos firmando & roborando. Puluere vero albo in inuolucro veris tempore inuenta, quando scilicet palmæ florere incipiunt, vtuntur familiarissime, ad fauciūm raucedinem, tussim, & ophtalmias cū saccharo mixto. Estque ipse dulcis subadstringens, mulieres eum habent familiarissimum, ad firmandos menses retinēdumq; fœtum. Eundem vtique usum habent dactili immaturi tum in cibum usitati, tum ipsorum decoctū, ad sputum sanguinis, & quācumq; sanguinis vacuationē cohibendā: & ad lienterias, diarrhæas, & dysenterias: ad uomitū sanguinis, hæmorrhoidas exiccandas, atque ad vlcera vulneraque simplicia persananda. in frequetissimo usu ad nuper dictos affectus habent syrum ex dactylis immaturis confectum. ijsdem dactylis vtuntur probe maturis, qui tunc admodum dulces existūt, cum obscura adstrictione idcirco eos frequentant ad fauciūm raucitatem, tussim, dispnæam, pleuritim, ac peripneumoniam. nō minusque ipsorum decoctum frequentatur ad adiuuandas variolarum in pueris excretiones.

Vocant arborem Dachel, & ramum cui appensi sunt dactyli Samarrhich, dactylorumq; inuolucrum, dux, ac dactylum recenter enixum prorsus immaturum talla, & grandiorē factum nin, & ramich perfectionem siue penē maturum, Maturumq; bellan.

Siccos maturos tamar, & qui fere putridi sunt rotob, foliaq; arboris Zaaf.



DE PLANTIS AEGYPTI  
PALMA DACHEL.



De

De Sebesten. Cap. VIII.


## ALPINVS.

**S**EBESTEN arboris in Aegypto nascentis duplex genus reperitur, alterum sylvestre pruno simile, atque domesticum alterum folijs latioribus, crassioribus a selvestri differens. Vtraque arbor flores fert albos, paruos, geranij proximos, à quibus fructus crescunt paruis prunis rotundisq; similes. quorum nuclei tricostati cernuntur. Illa arbor fert fructus minores, tarde maturentes, imperfectiores, ijs, quos domestica Sebesten profert, qui sunt maiores, melioresque. toto autem anno in arbore fructus cernuntur. Vere florent, Autumnoque fructus maturant. ex pulpa ipsorum optimum uiscum conficiunt, quippe Sebesten maturos contundentes, atque lauantes. Sunt aliqui, qui mastichando, pulpam ab offe lingua expuentes, viscum parant; quantitatem horum fructum in uase collectam, parum quoad aqua humiditas absumatur, bullientes. Visco vtuntur omnes emplastri modo ad omnes scirrhosos tumores. ipse quidem calidus est in primo gradu, atque humidus in secundo, viisque habet attractoriam attenuatoriam, & resoluentem; resoluit omnes tumores, & emollit omnem duritiem. Aliqui ad tussim ex eo paratos bolos cum saccharo candido, & radicis liquiritiae pulucre multis diebus sumunt. Fructuum usus familiarissimus est ad tussim, dispnēam, orthopneam, pleuritum, peripneumoniam; & ad vocis raucedinem, parato ex ipsis decocto, quo etiam ad multas febres vti consuecant, praesertim pectore aliquam noxam paciente. Sed nunc de Tamarisco loquamur.




SE-

DE PLANTIS AEGYPTI  
SEBESTEN DOMESTICA.



SE

## SEBESTEN SYLVESTRIS.

D D<sup>e</sup>

## 11 DE PLANTIS AEgypti

.21 De Tamarisco, atque vocata. Cap. IX. II.

ALPINVS.

**A**MARICI, quem miricam & tamaricem Dioscorides nuncupat, sylvestris genus, Italiae est notissimum nasciturque propè fluminum ripas, aridaque & saxosa vel arenosa loca, potiusque apud stagnantes aquas, ut docuit Dioscorides. de hoc non loquimur, quando ipso Aegyptus plane careat. Alterum vero tamarici domesticum genus in Aegypto spectatur, proceritate figuraque admodum à sylvestri diuersum, quod ad magnæ oliuæ magnitudinem crescat. audioque etiam supra Aegyptum in loco sahit ab ijs populis vocato, crescere ad magnæ quercus magnitudinem, cuius ex lignis carbones faciunt, quibus tota Aegyptus, & Arabia vtitur. ex eoque ligno multa vasæ conficiunt, ad multorum egrotantium usum. Folia fert sylvestris tamarici folijs proxima, tamen longiora, & graciliora, apparentque multa capillamenta viridia, qualia in aliquibus equisetis visuntur, ramo appensa, semper virentia, fructus fert paucos, ramos, virides, nucum magnitudine, duros, lignosos, sine nucleo, & videntur eiusdem substantiæ esse cum gallis: omnes uero figura inter se differunt, quamquam in omnibus aspera & inequalis obseruetur, quando alij longi, alij breves, alij rotundi, alij lati, alij crassi, alijque graciles existant. Usus Tamarici tum in Aegypto, tum magis supra Aegyptum, ubi horum arborum copiosus est prouentus, est ad ignem maior, quando nulla ferè alia ligna ad comburendum habeant. Folia huiusc arboris usum habent ad lienem induratam, obstructam, & refrigeratam. Vasaquè ex ligno, ut dictum est, conficiuntur, quo lienosi uti consuescunt: ob eiusquè multam, quæ ex hoc ligno habetur, ad id morbi genus utilitatem, mirari non debemus si Plinius (quod tamen fabulosum est) dixerit, suos assuetos cibum capere in uasis è ligno tamarici confectis, liene carere. Mulieres decocto ex Cortice parato utuntur per os sumpto, ad fistendas menstruas purgationes, ex quo parant etiam infissiones, & clysteribus in uterus injiciunt decoctum. idem quoque fructus facere aiunt. ijs siquidem utuntur in sputo sanguinis, in lienterijs, & in menstruis plus iusto fluentibus, atque hemorrhoi


darum

darum immodico flusso . dentes etiam commotos , atque collabentes ipsorum decocto firmant : atque in his concitatum dolorem de mulcent . Utuntur etiam ad oculorum lippitudines incipientes , in colirijs , atque ad oris ulcera . Ciniis quoque corticum & fructuum ulcera curat . De ligno uero multi decoctum ; non secus quam nostri ex ligno Indo ad curandam luem gallicam facere solcant , parant , quod exhibent leprosis , scabiosis , atque alijs multis , pustulis & ulceribus affectis , feliciori cum successu .

Idemque faciunt in melancholicis , ietericis nigris , & hydropicis ex refri gerto obstructo , ac indurato lie ne concitatis arborem illi uocant  
Atle .



DE PLANTIS AEGYPTI  
TAMARISCUS ATL. E.




ATL. E.

DE

**T**AMARINDVS, quem derelside appellant, arbor est pruni magnitudine, ramis densis: myrthi folijs sesbā proximis p̄ædita: flores fert albos mali aurācij floribus perquam similes, è quorum medio exeunt quatuor fila alba, & tenuissima, ex quibus siliquæ crassæ, producuntur primo uirides, tandem maturæ cineritiae, quæ intus nō nulla semina crassa in æ qualia, duraquæ, atq; pulpam nigram gustui acidam, continent. In Aegypto non sunt admodum hæ arbores copiosæ, neq; sunt patriæ: ex fœlici etenim Arabia atque Aethiopia illuc conuehuntur, in uiridarijsq; seruantur. Miraculi loco habetur, quod dicitur, unam arborem in deserto Diui Macharij, propè monasterium Assiriorum, uiuere, in quo solo nulla alia planta uiuit. Hæc planta hoc mirabile habet, quod eius folia solem semper sequuntur, solisq; sequia dicuntur: nā ipso occidente omnia inse clauduntur, eodemq; oriente apere riuntur, atq; hæc motio tantam uim habere in ijs obseruatur, ut siliquas dum habent occidente Sole, easdem folijs in se arctissime claudant, & retinere spectentur. eodemq; oriente, apperiantur, siliquæ que relinquunt. Hanc foliorū conuersionē pluribus Aegyptijs alijs plantis communē animaduerti, quippe acatiæ, Abrus, absus, Sesbā, atq; Tamarindo. Utuntur folijs Tamarindi in pueris ad uermes necados, atq; etiam ipsorum uel infuso, uel decocto ad soluendū aluū. acida sunt folia atq; gustui non insuauiæ. Arabes cōdiūt siliquas seu cannas huius arboris paruas ac uirides saccharo, uel melle carnub, tū etiam grandiores factas atq; maturas, condunt ipsarum pulpam saccharo, quam per itinera, quæ in desertis Africæ locis conficiunt, secū uiatores deferūt. Qua s̄epe, calefacti, ac ex calore itinereq; inflāmati ualde sitientes refrigerantur, atq; sitim restingunt, per aluum plurimū calidorū humorū subducētes atq; vacuantes. In febribus vero pestilentibus, atque omnibus alijs ex putridis, exurentibus, aquâ, in qua multa copia Tamarindorum infusa fuerit cum saccharo eibunt: potus si quidem sitientibus ex calore iucundissimus est, maxi meq; refrigerat, & sitim extinguit. Ad omnes deniq; febres putridas à biliosis, exustisq; humoribus concitatas, & ad hepatisq; atq; renū calefactiones ac inflammationes, præterea ad gonorrhœam vsum Tamarindorum frequentant; vocant derelside.

DE PLANTIS AEGYPTI  
TAMARINDVS DERELSIDÆ APPELLATA.



De

De Agiāhalid. II Cap. XI.

ALPINVS.


**A**RBO R cernitnr in medio cuiusdam Eunuchi Turcæ ui-  
ridario, quod parum ab æde Veneti Consulis distat  
ex Aethiopia asportatā, magnitudine piri sylvestris, ra-  
mis rarīs non multis, in rectūm inēqualiter delatis, ordi-  
natim acutissimis, multis spinis obsita, folia præferens buxi proxi-  
ma, tamen latiora, pauca, rara, singula, bina æqualibus interstitijs ad-  
nata. Flores habet paruos, albos, Hyacinthi orientalis floribus simi-  
les, sed minores, à quibus prodeunt fructus nigri ebuli similes, gustu  
subamaros ac adstringentes. Folia gustum acido sapore feriunt, cū  
aliqua adstrictione. Huius arboris foliorum ysum ad pueros vermi-  
bus vexatos, in Aethiopia audiui esse familiarissimum. Quid? an  
non licium hanc arborem esse putandum est, cum Dioscorides de  
hoc sic scripserit: Licum, quod aliqui pixacantham uocant, arbor  
est spinosa, ramis trium cubitorum, aut longioribus, folijs buxi, den-  
sis, fructu piperis, nigro, læui, amaro, densoque cortice, pallido,  
non dissimili lycio madefacto, radicibus multis obliquis lignosis.

**G**VILA ND. Agiāhalid, ut ex tua descriptione, quam vi-  
di, non frutex, sed arbor videt ur. Lycium vero fruticem  
potius esse, quam arborem, ex Dioscoride didi-  
cimus. Præterea hic frutex folijs densis  
& non rarīs cernitur, qualia  
in tuo agiāhalid  
existunt.

AGIA-

DE PLANTIS AEGYPTI

A G I A H A L I D.



De

*De Vzeg; atque an sit Lycium indum. Cap. XII.*

## ALPINVS.

**O**R T A S S E arbor illa agihalid vocata, pro Lycio aspernanda non esset. Sed nunc verum Lycium Indum tibi prodam: quem fruticem longe ab Alexandria Ciuitate supra ripas rami Nili calig vocati, decem millia passuum inueni: quem incolæ Vzeg appellant. est igitur frutex multis ramis rectissimis, ab radicibus multis, duris, liguosis oblique incedentibus, longitudine trium cubitorum & plus obseruatis, sursum assurgens, ramisque spinæ acutissimæ, & longè multèque insunt, quorum quædam foliolis vestita spectantur. Folia vero huiusce fruticis sunt oliuæ similia, ijs tamen candidiora & angustiora, vel minus latæ. Flores Agihalid planè similes habet, quippe paruos albos, Hyacinthi orientalis forma & magnitudine æmulos: à quibus fructus nigri parui producuntur, bulli fructibus prorsus similes, eue gustu amari & adstringentes. **G V I L A N D.** Cui dubium hanc arborem Lyciū Indicum fore iudicandum, modo Dioscoridi credendum sit, qui ipsum his prosectoriis verbis descripscerat, dicens: Tradunt Indicum fieri Lycium ex frutice Lonchitide appellato: id spinarum generi ascribitur, ramos rectos habens ternum cubitorum longitudine, maioresque, rubo crassiores a radice numerosos. fractus cortex rubescit folio oleæ similis. Ex huius fruticis radicibus forsitan verum succum à nobis desideratum illi colligunt, ipsumque pro vnu illis non deesse puto. **A L P I N.** Quamquam ibi multa copia Ly ciij circumferatur, tamen nescio an ex hoc illum frutice confiant, quando neque hanc plâtam copiose in Aegypto prouenire cognoverim, neque scio illis esse notâ. Siquidem Lycium ab illis usitatum falsum ac adulteratum esse arbitror. Hic enim succus, qui ex Arabiæ locis asportatur, durus est, nigerque exterius, acatiæ succo valde similis. fractus intus colorem aloes praefere videtur, odore obscurum, non ingratum, sapore subduci, adstringente, nullius amaritudinis particeps: viscosusq; est, digitisque contrectatus adhæret. ex quibus verus Lycius à me is non creditur, præsertimque cum neq; amaritudinem habeat, neque igne succensum, siue ignitum, rubescere edere spumam, ut multi de uero Lycio tradiderunt, obseruamus.

E G V I L.

## DE PLANTIS AEgypti

GVIL. Sed cur tu verum succum ex Vzeg perquirere non studui  
sti, eaque via certam Lycij succi cognitionem venatus non es.  
ALPIN. Hanc plantam tantum vbi in patriam redirem mihi spe  
etasse contingit, quando ex vrbe Cayri Alexandriam per Nilum  
flumen nauigans, propè hanc urbem supra eiusdem fluminis, ut iam  
dictum est, ripas, nonnullos frutices ferè sàpem facientes, cum flori-  
bus & fructibus iam maturis inspexerim. Ex quibus ramum decer-  
psi, atque mecum Alexandriam detuli. Quo frutice satis considera-  
to, Lycium esse ipsum cognoui. neque ipso cognito tempus mihi su-  
perfuit ad experiendum eius succum à radicibus expressum. quippe  
coactus, quamprimum Alexandriam peruererim, nauim nos pro  
itinere ibi morantem concendere, experiri non posui succum, qui  
pro Lycio circunfertur. inter calidum & frigidum medium consti-  
tuunt: sed supra primum gradum siccum. stipticum, proinde omni-  
bus viceribus loto vtūtur, præsertimq; ad oris, aurium, narium, ani,  
intestinorumq; vlcera. usus maximus est in colirijs ad ophtalmias  
arcendas, mulieres enim paratum linimentum ex Lycio & antimo-  
nio habent, quo quotidie oculos liniūt, ut oculos defendant ab hu-  
morum fluxionibus. eo etiam illi ad ventris fluxum vtūtur, non mi-  
nusq; ad dysenteriam. Ad sputum sanguinis eo maxima spe vtun-  
tur, non minusq; ad vteri profluuium cohibendum, eo pessi modo  
intromisso: ad vlceraque pudendorum, præsertim ad caries illum fre-  
quentant, ad gingivias corrosas & ulceratas, nec non ad dentium  
commotionem. in lienterijs dysenterijs, atque in fluxu he-  
patico, clysteribus eo vti consuescunt, atque non mi-  
nus ipso aliquo liquore dissoluto atque ebibito.

Nulli dubium quod illum quacumq; par-

tem à cursu humorum valenter defen-

dit. ex quo ipsum podagricos do-


lores retardare, comper-

tum est. Vzeg ap-

pellant,

VGEZ

VZEG LYCIUM INDICVM CREDITVM.



E 2 De

# DE PLANTIS AEGYPTI

*De Ligistro Aegyptio, elhanne, vel tamarhendi vocato.*

Cap. XIII.

G V I L A N D I N V S:

**L**IDISTI ne tu ibi ligustrum Aegyptium, quod Aegyptij elhanne, ac tamarhendi appellant. Ibi siquidem ipsorum maximum esse redditum audio. ALPIN. Sæpiissime inspexi, ibique ea arbor tum copiosissima, est, tum etiam omnibus notissima: etenim ex folijs magna ibi fiunt comercia, etenim ijs vruntur ad tingendum aureo colore. Vere hæc arbor ligistro similis apparet, floribus fructibusque exceptis, in quibus videtur aliqua dissimilitudo inter elhanne, & ligustrum, nam & si flores racemarim perinde atque ligustra spargant, tamen & colore, & figura, & odore ab his differunt. florum siquidem elhanne non albus color, sed cinerius est, floresque figura sambuci floribus proximi apparent, illis tamen sunt minores. odor etiam elhanne est admodum acutus, & ligustri suauior. Fructibus non minus inter se differunt, quando ligustri sint baccæ juniperi similes, & elhanne semina rotunda coriadros imitantia existant. Fert etiam folia ligistro minus lata, angustioraque & candidiora. Fructus, ut iam dixi, semina nigra, parua, multa folliculo concludunt, qualia in granis vuarum cernuntur. G V I L A N D. Quid? dubitas, esse hunc arbustum ligustrum? certe inter ligustrum, & hunc aliquam esse differentiam, negandum non est. quæ soli diuersitate etiam accidere posset; quando omnibus constet, quantum eodem plantæ in diuersis locis natæ inter se differant figura, atque etiam sœpe facultate. ut in rhabarbaro, & rhapontico videtur, quorum radices, visu, gustu, eadem videntur, nihilominus facultate manifeste differre compertum est. Ac de elhanne quanquam aliquo pacto fruticis figura, floribus, & fructibus à ligistro differat, tamen ad eosdem valere morbos cognitum est, quibus ligustrum subuenire Dioscorides, atque alij prodiderunt. sed quid plura? cum apertissime Dioscorides voluerit hanc arborem esse ligustrum. ut ex ipsius verbis planè constat, quæ hæc existunt. Ligustrum arbor est, quæ circum ramos folia fert oliuæ proxima, sed latiora, teneriora, & magis viridia

&

& flores albos muscosos, atque odoratos. eius fructus est niger „  
 sambuci fructui similis. Nascitur electissima in Ascalone & Ca- „  
 nope. Folia adstrictoriam vim habent, quare commanduca- „  
 ta ulceribus oris medentur, illita, feruidis inflammationibus, „  
 carbunculisque profundunt. decoctum eorundem igne ambusta, capil- „  
 lum ruffant trita folia, quæ in radiculæ succo maduerint. Flos „  
 ex aceto fronti illitus capitum dolorem sedat. Et de elhanne, „  
 quam Alcanna Auicennas vocat, hæc ferè eadem prodidit, di- „  
 xit quidem, folia habere adstrictoriam facultatem, in vulneribus „  
 que eandem vim cum draconis sanguine habere, conferreque „  
 decoctum foliorum, calidis inflammationibus, & exustis ab igne „  
 particulis, & oris ulceribus: & cum aceto conferre capiti dolen- „  
 ti. ALPIN. Verè elhanne Aegyptiorum ligustrum esse Dio- „  
 scoridis, constat, multo magis, quod nunquam in Aegypto „  
 Italicum ligustrum inueniatur, in Canopeaque tantum elhanne re- „  
 periatur, quæ ibi est copiosissima. differt vero hic locus ab urbe „  
 Alexandriæ decem millibus passuum. G V I L A N D. Hinc „  
 quoque apparet hanc arborem esse Cyprum Plinij, de quo ip- „  
 se lib. naturalis historiæ xxiiij. sic scripsit: Ligustrum eadem ar- „  
 boret, quæ in oriente Cypros, atque in Aegypto nasci etiam „  
 his verbis libro 12. Cyprus in Aegypto est arbor ziziphi foliis, „  
 semine Coriandri, flore candido, odorato. Coquitur hoc in „  
 oleo, premiturque postea, quod Cyprus vocatur. præmium ei in „  
 libras quinque optimum habetur è canopica in ripis Nili nata, se- „  
 cundum Ascalone Iudeæ. Tertium Cypro Insula odoris sua- „  
 uitate. Quidam hanc esse arborem dicunt, quæ in Italia ligu- „  
 strum vocatur. ALPIN. Flores sunt in usu frequentissimo do- „  
 lenti capiti appositi, non tamen cum aceto, ut Dioscorides, at- „  
 que alij meminerunt. quod si fecissent, manifestius, ut arbitror- „  
 ijs floribus iuuarentur, intus medicamenti ui aceto penetrationem „  
 adiuuante, deducta. Ex foliis puluerem conficiunt, quem ar- „  
 chenda illi appellant. Hac mulieres vtuntur ornatus gratia, ma- „  
 nus ac pedes colore aureo tingentes. non autem in succo lana- „  
 riæ, vel struthij, ut ait Dioscorides, sed simplici aqua cam mi- „  
 scentes, aquam auream faciunt, quæ aureo colore tingit, quod „  
 arcum nostræ mulieres si agnouissent prodeaurandis ipsarum „  
 capillis, nil haberent, quo securius vterentur, neque sub radijs „  
 solis se urent, varijsque modis caput læderent. ex hac puluere,

Cap. 10.


Cap. 24.

cum

## DE PLANTIS AEGYPTI

cum aqua mulsâ parata utuntur, ad humidos pedes fluxionibus obnoxios, ac multum exudantes fœtentesque emplastri modo pedibus ipsis apposita, ac per horam retēta. maxime enim pedes, & qua scumque alias partes corporis, apposita exsiccat, ac adstringit. Nihil habet, quod exudantes pedes plus exiccat, quam prædicta ista mas sa apposita, & aliquandiu retenta: puluere etiam hoc ad ulcera oris, gingivarumque, & pudendorum maxime utuntur.

## LIGVSTRVM AEGIPTVM ELHANNE SEV Tamaharendi uel Alcanna Auicennæ.



De

*De Balsamo, Balassan ab Aegyptijs vocato.*

*Cap. XIII.*

G V I L A N D I N V S.

**N**VNQVID balsami planta amplius in Aegypto viuit? ALPIN. Nequaquam, sed in Arabia fœlici, quam Balsami feracem omnes tum Aegyptij, tum Arabeſ prædicant. GVILAND. Igitur Dioscorides, Theophrastus, Plinius, Iustinus atque alij ex antiquis scriptoribus permulti, qui Balsamum tantum in Aegypto & in Iudea olim vixisse prodiderunt, decepti sunt. ALPIN. Sine dubio illos non modo de loco Balsami patrio, sed etiam de arbore quoque, succo, fructibus atque aliis deceptos fuisse arbitror, ex quo etiam dubitandum esset ipsos balsami arborem uiuentem nusquam uidisse. GVILAND. Rem ualde admirabilem prædicas, de qua tibi non ita facile medici certam fidem adhibebunt; quæſo an non Dioscoridi, Teophracto, Plinio, serapioni atque alijs grauiſſimis scriptoribus de Balsamo magis quām tibi credendum putas, qui in docenda herbarum stirpiumque materia, ceteris præferuntur, ac fide digniores habentur? ALPIN. Etsi in dialogo olim Cayri cōscripto Balsami veritatē planè manifestam me reddidisse puto, nibi lominus quando me nunc vt veram Balsami historiam narrām prouocasti, vt tecum de ipsa colloquar, atque commenter effugere nunc non possim. quare iterum eadem, quæ olim scripsi nunc repe- tere, cum res agatur tanti momenti, non me pigebit, & ne longius rem producam, dico. Arabiam felicem Balsami locum patrium perpetuō fuisse, ac nunquam Aegyptum, ac Iudeam Balsami terram patriam fuisse, facile hinc coniicitur, quod omnes, qui de planta Balsami mentionem fecerunt, eam in viridarijs solum custoditam, minimeq; in alijs incultis locis spōte natam, prodiderūt, vt Theophrastus, Plinius, Solinus & Strabo sigillatim meminerunt. Plinius ait: sed omnibus odoribus præfertur Balsamum. vni terræ Iudeæ concessum, quondam in duobus tantum hortis, vtroque regio, altero iugerum viginti nō amplius, altero pauciorum. & Strabo: de Balsamo Vallis Hierici scribens, dixit: Vbi & regia est, & Balsami viridarium, quæ arbor aromatica est & fruticosa, cytiso

&

## DE PLANTIS AEGYPTI

& terebintho persimilis. Nulli dubium est plantas peregrinas in viridariis tātū suimma curā custodiri, & patrias nō solum in viridarijs vel hortis, sed multis alijs in incultis locis spōte natas obseruari. sed cur studeo tibi persuadere Balsami plantas in Iudea aduenas fuisse, cum Ioseph lib. 3. de antiquitatib. Iudaicis rem planè claram effecerit, qui ibi meminerit, Sabam reginam primam ex Arabia Balsami plantam in Iudeam dono Salomonis Regi tulisse: ex qua postea aliæ propagatæ fuerunt. De Balsamo Aegypti eadem dicenda sunt, cum eam plantam ibi in viridario prope locum el Mattharia vocato, summa diligentia perpetuò custoditam vixisse, omnium Aegytorum relatione liquido constet: quod omnes antiqui ac iuniores scriptores fatentur, minimeq; in alio Aegypti loco inculto vñquam viuere inuentam fuisse, nō semelq; ibi perissse, atq; ex Arabia rursum asportatam insertamq; ac renouatam fuisse, omnes Cayrini affirmant. Anno à partu Virginis Beatissime M D L X X V.

Aegypti praefectus Eunuchus Messinor nominatus, dum quasdam partes Aegypti uiseret, praesertimque el Mattharia, quem locum ob Virginis Beatissimæ honorem ac obseruantiam singulis hebdomadi die Veneris, quē diem isti, ac nos dominicum sanctificat, adire ac uisere, in ipsoque loco orare consueuerat. proxime cum esset in viridario, videns omnes plantas Balsami exaruisse, ac perissse è Meccha quadraginta plantas afferendas curauit, quæ sane in eodem viridario inserte fuerunt, paucisque annis rursum "curatorum negligentia periisse. Quamobrem Aegyptii Balsamum semper ex Arabia habuerunt. quæ res scitu ibi non est difficilis, cum saepius multi è Meccha per rubrum mare Cayrum veniant. Iter quidē à Cayro in Meccham est facillimum, & frequentatissimum. verum nō esset inutile nunc me historiam peregrinorum, qui annis singulis illa loca religionis causa, adeunt, atque uisitant, subnectere, sic enim certiora de loco, ex quo veniat nunc Balsamum, habere poteris. nec non vnde Rex Turcarum multum opobalsami habeat.

G V I L A N D. Perplacuit mihi ex te audiuisse Arabiam fœcitem nunc, perpetuòque fuisse Balsami feracem, ex Aegytorum Arabumque testimonio. Quod uerissimum existimo, quando Dioscorides, Theophrastus, Plinius, Solinus, Serapio, Sethus, atque alijs scriptum reliquerint, solum Aegypto ac Iudeæ fuisse olim Balsamum cōcessum. Quibus scriptoribus plena fides fortasse haud omnino, me iudice, erit adhibenda, cum permulti alijs ex antiquis

Arabiam

Arabiā olim quoque Balsami feracem fuisse testatum reliquerint.  
Diodorus et nim Siculus in 2. libro suarum historiarum , Balsa-  
mum in quadam Valle Arabiæ nasci,& non alibi memoriæ prodi-  
dit.& Strabo in 16.lib. Geograph. ait: His proxima est fœlicissima  
Sabeorum terra, quæ maxima natio est, apud hos thus & myrrha,&  
cinamomum nascitur,in ora etiam Balsamum, & aliaquædam her-  
bula valde odorata, & Pausanias lib.9. De Viperis vero ijs, quæ in  
Arabia inter Balsami arbores versantur, diuersum quidem accepi.  
Sed cur nos magis Dioscoridi , Theophrasto, atq; aliis de Balsamo  
quam Aegyptiis & Arabibus propè Balsameta natis credere debe-  
bimus, præcipue quia incertus sum illos vñquam viuentem Balsa-  
mum offendisse, ac inspexisse , & hi in Balsami locis nati ( quando  
omnium cum prisorum , tum huius ètatis scriptis firmissime con-  
stet,Aegyptum Balsami plantas aluisse ) quam facile potuerunt has  
plantas vidisse, ac vere agnouisse, à quibus cum constet Aegyptum  
has ex Arabia habuisse, cur amplius dubitabimus Arabiam esse pa-  
trium Balsami solum ? quæ res apud Aegyptios & Arabes demon-  
stratione nulla opus habet , cum hi omnes certò sciant non modo  
superiori, sed præsenti quoque ètate Balsami innumeras plantas in  
Arabia adductas viuere , atque omnes, quas haec tenus Aegyptus ha-  
buit, exinde exportatas & sæpes epius eo modo renouatas fuisse .  
Apud me itaque amplius dubium non erit , Dioscoridem , atque  
alios Balsamum solo Aegypto, ac Iudeæ concessum olim fuisse asse-  
rentes, plurimum deceptos, idque ex aliorum relatione magis, quā  
ex vera scientia litteris prodidisse. Sed tu tamen ne obliuiscaris iā  
propositam peregrinorum Aegyptiorum historiam nunc recēdere :  
quæ mihi gratissima erit . A L P I N. In Arabia fœlici ciuitas est  
primaria Meccha dicta, quæ est ad mare rubrū sita: ab ipsaque alte-  
ra Medina vocata , distat itinere octo dierum, in qua est sepulcrum  
Mahemetis ipsorum pseudoprophetæ . ad quod singulis annis ex  
Aegypto duodecim vel quindecim millia peregrinorum se confe-  
runt, sacrificaturi, & holocaustum oblaturi. His præficitur Dux qui  
dam , qui trecentorum militum præsidio illos omnes peregrinos  
Meccham, Medinamque conductat, & mox Cayrum reducat inco-  
lumes ab iniuriis Arabium , qui non raro in his desertis, eos inua-  
dunt, & occidunt, ac depredantur . Viuunt enim Arabes hi rapi-  
na viëtum quærantantes , suntque ferocissimi, atque audacissimi, ha-  
bentque equos velocissimos, quibus vtantur, legeque sancitum etiā

F habent,

## DE PLANTIS AEGYPTI

habent, ut alicubi nunquam consistere queant, sed continuo equitant, degentes subtentorijs. Peregrini itaque duce illo, quem Hamirag appellant, recta Meccham pergunt, deinde redeuntes proficiuntur ad sepulchrum Medinæ, quod iter perficiunt diebus quadraginta: Medinæ & Mecchæ per alios viginti morantur. Turcarum Rex Medinam mittit duos præfectos, quorum alter sacris præest, & alter prophanis & militibus. Mecchæ vero, quæ Turcarum imperio non omnino obedit, præest quidam Arabum princeps, quem Seriph appellant, hoc nomine vocant omnes, qui à Mahemet oriundi sunt, & se illius cognatos scripto ostendunt. Habet hic princeps equitum armatorum decem millia, & viginti quoque millia peditum: quibus timens à Turca sibi hac itineris occasione insidias fieri, statim cù audiit peregrinos ad sua loca appropinquare, recedit à Meccha & in montes se recepit, vbi usque dum abierint peregrini, maturatur, quibus quotidie minatur, nisi discedant post viginti dies, se aquas intercepturum, quando aquæ omnes defluunt ex montibus. Mittit Rex Turcarum huic Seriph munera hæc, quippè chlamydē aurata, eiusq; filijs & fratribus centum & quinquaginta millia aureorum singulis annis, pro quibus muneribus ipse Regi Turcarum dono mittit quadringentas petias lineas Indicas subtilissimas, cuiusmodi esse bissum, de quo meminere sacræ litteræ, existimari potest. Amplius cum eo bisso mittit etiam Regi opobalsami tres quatuor libras, & præfecto Cayri libram, atq; Hamirag peregrinorum semilibram. Sunt etiam alij duo duces siue Hamirag cum multis peregrinis, scilicet alter è Damasco, & alter ex Arabiæ fœlicis locis, Mecchain & Medinam uisitatum venientes, quibus omnibus donat parum opobalsami. Postquam omnes Aegypti, Damasci, Arabiae que peregrini Meccha discedunt, ad montem quendam proficiuntur, quem appellant Arafat, ad cuius radicem est locus, quem Maure vocant, vbi sacrificant in memoriam sacrificij, quod fecit Abrahan, credentes illum esse locum sacrificij. In medio uero itinere, quod redeundo conficitur, mons est arenosus, in quo multas balsami plantas viuere affirmant, quas miraculo Mahemetis in sterili illo monte natas affirmant. Cæterum ne ex hac historia dubites, tantum opobalsami habere Seriph, scito, ibi à Seriph opobalsamum solere locari, soluuntque, ut audio, aliquot millia aureorum in singulis annis; & qui habent ab ipso conductum, quibus volunt vendūt opobalsamum, atque hæc est historia de peregrinorum ad eas urbes itinere.

nere, ut ex ea etiā scias vnde ad Turcas tātum opobalsami accedat, atque vt etiam tuam hac de re retineas sententiam, quippè Arābiām fōelicem esse proprium balsami solum, Aegyptum uero peregrinum. **G V I L A N D.** Quam gratissimum mihi fuit, ex te dīgentem peregrinorum Aegyptiorum peregrinationis historiam audiuisse, nec non ex Arabia solum Regem Turcarum opobalsamum habere: nunc uero illius planta est à te describenda. **A L P I N.** Balsamum arbusculum est uiticosum, quod crescit ad altitudinem elhanne, seu ligustri, uel cytisi, folia paucissima gerens rutæ proxima, non tamen, ut dicebat Dioscorides, ijs candidiora, sed potius lentisci folijs similia cernuntur, scilicet colore viridi, subalbido, perpetuoq; virentia. Eius lignum gummosum, lenique apparet colore exterius subrubro, cuius ramuli eodem colore cōspicui sunt, longi, recti, graciles, paucis folijs inordinatim referti, foliaq; simul terna, aut quina, aut septena alæ adnata aliquo pacto lentisci foliorū æmula. Sunt ramuli odorati, gummosi, digitisq; contrectati eis tenaciter adhærentes. Flores fert paruos albos acatiæ floribus proximos, ternos singulis alis appēsos, quasi in vimbellæ forma, summe odoratos, odor paululo temporis resoluitur, à quibus semina promanant flava folliculis nigris subrubescētibus contēta, valde odorata, intusq; humorem flauum melli persimilem habentia, sapore subamaro parumq; acri linguam ferientia, opobalsamumq; redolentia, terebinthi fructuum figuræ & magnitudinis æmula, extrema aculeata & me diū crassum obtinentia. opobalsamum æstate a scarificato cortice caudicis distillat, statimq; eductum colore albescit, & postea in uiridem, tertio in aureum, atque demum melleum mutatur. stillatum etiam est clarum, quod mox turbatur, crassescit, & tertio tenuissimum atq; clarissimum fit, tandemq; senio confectum, vt terebinthina crassescit. olet in principio recentissime distillatum acutissimo atque eximio odore, quod multis capiti dolorē cōcitat soleret, & aliquibus etiam sanguinem ex naribus promouere. odoris uero illa acuties ac vehementia ac in Zebet fit, tempore obtunditur, & gravior euadit, senio vero confectum uix sentitur in eo aliquis odor, & ob id Dioscorides dixerat inutile esse antiquum. Est etiam in principio leuissimum, & dilui faciliū mīm, ita ut si in aqua uel laete ex alto distillet, in imum uasis residere nō patiatur. clarum uero aureumq; redditum, ac ab emini sece purgatissimum medio cri lēuitate præditum est, ita vt instillatum in aqua, et si fundum pē-

## DE PLANTIS AEGYPTI

rat, tamen citò rursum in superficiem aquæ feratur, cum eaque citò resoluatur. quæ omnia quo annosius, eo obscurius habet. Hinc quæ meritò dicebat Dioscorides, optimum Balsami succum esse recentem, validi odoris, syncerum, non ad acorem vergens, dilui faciem, lœuem, adstringétem, ac modice mordétem gustū. GVILAN. Dubium in colore natum est, cum tu dixeris in primis opobalsamū statim eductum colore albescere, atque hunc colorem breui tempore in viridem oleosum mutari, & mox in aureum, & tandem in mel leum, & Dioscorides, quem tu haud negabis verum opobalsamum inspexisse, dixerit ipsum colore lactescere. ALPIN. Succum Balsami in aqua instillatum & liquatum colorem lactis accipere Dioscorides scriptum reliquit. quod verissimum est. quinimo hoc est signū inseparabile proprium, quod fidelius ostēdit verum succū balsami ab alijs vitiatis pro opobalsamo à multis receptis. Multa de opobalsami synceri & adulterati notis, essent à nobis dicēda, nō minusq; de carpobalsamo, & xilobalsamo, de quibus medica mētis dubij sunt fere omnes recētores medici, sed quia aliās de his omnibus fusissime à nobis in Dialogo de Balsamo scriptum est, quæ omnia cum te iampridem legisse & cōsiderasse, certo sciam, nolo tempus amplius in ijs cōsumere, sed sermonē nostrum ad alia traducere, proinde qui absolutam ac perfectam plātæ, succi, fructuum, & uirgarum rationē audire, ac agnoscere cupiunt, dialogum illum legere nō grauentur, ad quem te quoq; pro alijs quæ de balsamo supereffent, dicenda, remitto, Balsami plātam apud me viuentē verissimam Iacobus Cōtenus Senator Clariss. Ioannes Vothus nobilis Anglus, Fran. Ferrius Gallus, Ioachimus Iungermanus Germanus, Marcus Fenarius Venetus pharmacopola & plures aliij viderūt, uerumq; etiam opobalsamum ab eius foliorum alis dissectis instillauisse. quod multis maxime mirum fuit, cum aliās Italiā hāc plātam habuisse, nūquā appareat. usus tamē in medicina, quos apud Aegyptios habeat opobalsamum, carpobalsamum & xilobalsamum, tibi quoq; detegere, ac referre nunc conabor. ab opobalsami dotis desumpto principio. GVILAND. Gal. paucos usus Balsami in medicina hinc nouisse putādū erit, quod ipse in lib. 6. de simpl. med. facult. omnium simplium medicamentorum usus copiose docēdo, de balsamo nihil ad hanc rem protulerit, ut ex eius his uerbis cōstat, Balsamum desiccatur & excalfacit secundo excessu. est autem tenuium partium adeo, ut odoratum sit. Sed liuor eius subtiliorum etiam partium est, quām ipsa

ipsa planta, non tamen adeo calidus, ut quidam existimant, tenuita „  
te partium falsi. Porro fructus eius persimilis genere facultatis est, „  
cæterum longè in subtilitate partium inferior. Sed age tu dic usus il „  
lius apud Aegyptios frequentatos. ALPIN. Nullum certe ibi „  
est medicamentum, quo magis, ac frequentius gens illa medendo „  
vtatur, quam opobalsamum, quod quidem illi fere ad omnes mor „  
bos, ac symptomata adhibent ad osq; maxime, qui vel ex simplici „  
temperie frigida & humida, vel à frigidis humidisque succis, vel à „  
uenenis, concitantur. summa cum laude eo utuntur ad omnia uulne „  
ra, quo mirifice curantur. quod ego experientia in Petro Mariano „  
Veneto mercatore, in capite à Turcis nocte quapiam usq; ad os pef „  
sime lignis vulnerato, didici: balsamo siquidem inuncta ea uulnera „  
per diem tantum, ferè omnino coaluerunt, & eo quam paucissimis „  
diebus; ut is testis esse potest, perfectè sanatus est: utuntur etiam ip „  
so ad ulcera sordida, quæ eo mundantur, atque sanantur. In uenena „  
tis, & demorsis à serpentibus, atque iectis à scorpionibus tum epotū, „  
tum illitum maxime iuuat. In peste, vt ab eius contagio defendan „  
tur, nihil maius habent, quo utilius & tutius utantut, singulis diebus „  
eius semidragmam deglutientes. Multasque etiam putridas febres „  
eo epoto illi sanant, largiori ab ipso erumpente sudore. In chroni „  
cis febribus à crudis frigidisque humoribus, obstructionibusque ui „  
scerum, nihil utilius ac præstantius experiuntur, quam opobalsami „  
binos scrupulos, vel dragmam per os quotidie exhibere, liberat „  
enim ualenter uiscera ab obstructionibus, caloremque naturalem „  
fouēdo crudos humores concoquit, ac digerit. Hincq; eius usus ad „  
omnes frigidos morbos, ac symptomata, apud eos est frequentissi „  
mus. Oculis uisum deperditum, atque auribus auditum instillatum „  
restituit, auriumque dolores sanat. præterea ad conuulsos ex humi „  
ditate ac frigiditate, ad uertiginosos, epilepticos, resolutos, tremen „  
tes, ad tussimque ex frigido humore, orthopnæam, & omnem spirā „  
di difficultatem, pulmonum fluxiones, humiditates, & dolores, ad „  
stomachiique frigiditatem, cruditates, atque ad omnes flatuum mo „  
lestias, ad uteri frigidam humidamque intemperiem, ad præfocatio „  
nes, dolores, sterilitatem, albos, fluores, ad interceptam urinam ex „  
frigiditate, flatu, vel lapidibus, ad calculosque in renibus ualentur „  
frangendos, ac abstergendos, usus opobalsami est apud omnes illos „  
populos notissimus, & ad hæc omnia mala præstatiſſimū illi auxiliū „  
experiuntur. Mulieres uero Aegyptiæ steriles eo tum epoto tum „  
supposito,

## DE PLANTIS AEgypti

supposito, tum suffito sœliciori successu sœpe ad remouendam sterilitatem utuntur. Non minori in usu etiam habent, ad pulchram faciem efficiendam, quando eo ipsa illita à rugis defendatur. audio etiam aliquas eo ad conseruandam faciei pulchritudinem ac iuuentutem non inutiliter usas fuisse. **G V I L A N D.** Sed quomodo hæ illo ad conseruandam iuuentutem utuntur. hic enim usus quamquam in ore multorum sit, nihilominus a nullo id discere potui. **A L P I N.** Ut mulieres faciei cutem, dū iuuenes sunt, perpetuò conseruare possint, opobalsami usum in hunc modum sequuntur. Balsamanda enim mulier (ut sic loquar) in balneum calidum in primis moratur quo usq; multum incaluerit, quo tempore cutem opobalsamo multoties copiose illinit, à qua linitione per horam & amplius in balneo ualde calido, quo usq; recte cutis opobalsamo imbibatur & arescat, morata, balneū egreditur, solitaq; munia exercet, permanetq; sic, facie atque pectore opobalsamo inuncta per tres ad minus dies, in quibus nunquam perunctam cutim abluit, uel mundat: ac tertia die ab inunctione rursum in balneum eodem iam dicto modo se confert, faciemque ac pectus ualde calefactum copioso opobalsamo multoties perungit: aliquæ sunt, quæ uel decies una die cutem inungunt, obseruantes commodum interuallum, quo recte cutis peruncta totum opobalsamum imbibat, atque paululum arescat, ut promptius succum intimius haurire queat. Quam opobalsami unctionem hoc modo præstitam multoties moliuntur; saltem diebus triginta. In quibus cutem nunquam lauant, uel mundant à quibus quindecim & etiam amplius, sic cute opobalsamo inuncta quiescunt, quo usq; nihil liquoris ostendat, probeq; ab eo siccata fuerit. quo tempore aqua fabarum stillatitia, prius ad eas partes præmissa modica olei amigdalarum amararum inunctione se lauant, cutemque multis diebus abstergunt. atq; hæc de uiribus opobalsami sint dicta. Seminum atq; uirgarum quoq; recentium usus apud illos est familiaris. Eis siquidem ad omnia ferè, ad quæ opobalsamo, utuntur. præsertimq; ad robur stomacho conciliandū, eius enim puluerem cū decocto specæ nardi, ad binas draginas exhibent. idē præstat decoctū, quo maxime colorē naturalē fouent, augent, & roborant. utūtur & ipso in spirandi difficultate, tussi frigida, atque alijs morbis à frigiditate nascentibus. Usum frequentissimū habet puluis, & decoctū ad humiditates uteri exsiccandas, eiusq; calorē uiuificandū. suffitū ex his frequentant ad morbos omnes vteri à causa frigida

frigida concitatos. eodem modo & ligni usus est. Succus enim, semi-  
na, ac lignum ijsdem facultatibus donata sunt, ad eademq; vsum  
habent. verūtamen opobalsamum efficacius potest, eoq; minus car-  
pobalsamum, omniumq; minime xilobalsamum. at tempus est, vt fi-

nito hoc sermone, nos ad alias plantas narrandas transeamus.

**G V I L.** Istorum trium medicamentorū vſus omnes etiā Diosco-

des, Auicenas, atq; alij multi praeclarissimi medici docuerāt,

ex quo mirum non est, si ijs adhibitis ad multa mala uo-

ti compotes Aegyptij fiunt. Sed de Calaf tem-

pus est vt loquaris, prius tamen balsami ue-

ra uisa ichone, quam à Peruis Bei tuo

familiari amico Turca Sangia-

ch receptū, aliás ex te audi-

ui, atq; ex tua uiuen-


te planta descri-

bere potui

sti.



DE PLANTIS AEGYPTI  
BALSAMVM AB AEGYPTIIS BALESSAN.



De

De Calaf seu Ban. Cap. XV.


A L P I N V S.

**A**RBUSCULVM fruticosum in Aegypto reperitur,  
quod mea quidem sententia, Salicis genus existit, na-  
sciturque in locis humidis, foliis aliquatenus Salici pro-  
ximis, sed multo maioribus; quippe longioribus, ac la-  
tioribus. Floresque eius sunt quidam globuli oblongi, albi, lanugi-  
nosi, caudici pene foliorum radices nascentes, quotaque in arbore  
folia existunt, tot flores emittit. crescit arbusculum hoc ad viticis ma-  
gnitudine ramis multis, siue stolonibus rectis: ex floribus, ut audio  
distillant aquam macahalef vocatam, quam insigne vires ad exsic-  
candam putredinem, atque ad venena, & cor recreandum habere,  
illi prædicant. in febribusque pestilentibus ipsa pro secreto auxilio  
apud illos habetur. Aquam etiam, in qua multi flores infusi aliquan-  
diu manserint, uel in qua ebullierint, exhibent ad dolores ca-  
pitis, atque ad virium recreationem, quam & ipsam  
valide putredini ac venenis obsistere experti  
sunt. estque ipsorum decoctum, ac infusio  
in aqua parata, ad quoscumque fe-  
bricitantes, apud illos  
in maximo  
usu.



G CALAF

DE PLANTIS AEGYPTI  
CALAF, ET BAN.



Dé

De Bon. Cap. XVI.

## A L P I N V S.

**A**R B O R E M uidi in uiridario Halybei Turce, cuius tu ichonem nunc spectabis, ex qua semina illa ibi uulgatissima Bon, uel Ban appellata, producuntur: ex his omnes tum Aegyptij, tum Arabes parant decoctum uulgatis simum, quod uini loco ipsi potant, uediturque in publicis oenopolijs, non secusquam apud nos uinum: illique ipsum uocant Cauua. Hæc semina ex fœlici Arabia asportantur. Arbor, quam me inspexisse dixi, euonomo similis obseruata est, sed tamen folia crassiora, durioraque habebat, uiridiora, perpetuoque uirentia. Usus est illorum seminum omnibus notissimus, ad parandum iam dictum decoctum, quod quo pacto ab illis paretur, alias à me dictum est, Utuntur tamen eius decocto ad roborandum ventriculum frigidorem, adiuuandamque concoctionem, & non minus ad auferendas à visceribus obstrukiones; in tumoribusque hepatis lienisque frigidis, & antiquis obstruktionibus, fœliciori cum successu decoctum multos dies experiuntur. Quod etiam uterum maxime respicere uidetur, ipsum enim excalfacit, obstrukionesque ab eo aufert, sic enim in familiari usu est apud omnes Aegyptias, Arabasque mulieres, vt semper, dum fluunt menses, ipsum forum vacuationem, huius decocti feruentis multum paulatim sorbillantes, adiuuent. ad promouendos etiam, in quibus suppressi sunt, usus huius decocti, purgato corpore multis diebus, utilissimus est. GVIL. Auicennas de his seminibus meminit, similesq; uel eosdem usus à te narratos de his seminibus memoriae prodidit. ipsumque semen calidum in tertio, & siccum in secundo gradu cōstituit, quod tamē verum non videtur, quando semen sapore dulcescat, cum paucō amarore nullamque acrimoniam præferat. Nihilominus ipsum obstruktionibus viscerum, frigidisque tumoribus hepatis, vel lienis multum conferre docuit: Sed ait, stomacho naufragi concitare, pituitamque purgare, atque multa alia hæc semina prestat, experientia penes Aegyptios didici. atque hæc est arbor, quam Cayri olim inspiceram.

DE PLANTIS AEGYPTI  
B O N.



De Bahobab. Cap. XVII.

A L P I N V S.

**B**AHOBAB est fructus magnitudine mali citri, cucurbitæ similis, intus semina nigra, dura, extremis in unum seminum inclinantibus, & substantiam cucubitarum, simile in habent, quæ in recentibus est humida, rubra, sapore acido, non


non ingrato; Fructus recenter ab arbore excisus, gustui admodum gratus est, in Aethiopiae inflammatis locis, acido sapore, quem con temperant diuites saccharo, sitim valenter extinguit, multumque refrigerat. Ibi, ut audio, eo vtuntur ad omnes calidos affectus, febres que omnes putridas, præcipueque ad pestilentes, tum eius pulpam cum saccharo comedentes, tum succum expressum cum saccharo potantes, vel ex eo paratum syrupum accipiētes. Cayri etiam, quo loco recens fructus non habetur, eius pulpa in puluerem parata ij vtuntur, quæ est terra rubra, adstringenti, acidoque sapore gustum feriens qualis in terra lemnia obseruatur: estque apud multos familiarissimus illiusce terræ usus ad pestiferas febres, tum ad sputum sanguinis, ad lienteriam, dysenteriam, cruentumq; hepaticum fluentem, nec non ad uteri menses firmandos. alij eiusce terræ in subtilissimum puluerem redactæ dragmam cum aqua plantaginis dissolutam, ad eadem exhibent, alij decocto, alij infuso vtentes. Arborem quæ hos fructus fert, vidi ego in quodam viridario, folijs magnitudine ac figura, aurantijs valde similes.



BAOBAB

DE PLANTIS AEGYPTI


B A O B A B.



BAOBAB

FRVCTVS

F R U C T U S B A O V A B.



De


## DE PLANTIS AEGYPTI

De Gossipio arboreo, Gotne Msegiar appellato.  
Cap. XVIII.

GVILLANDINVS.

**M**VLTAM ne ibi gossipij copiam Aegyptij colligunt? Syria etenim, atque Cyprus huius plurimam copiam producit. ALPIN. Gossipium Aegyptij ad ipsorum usum aliunde aduehunt, neque enim apud ipsos herbaea illa planta, ex qua Syri, uel Cypri Gossipium colligunt, adnascitur, sed tantum quæ arboreus frutex est, quæque in quibusdam tantum uiridarijs prouenit, pluribus annis uiuens, dissimilis ab herbaea tantum proceritate, caudicis, ramorum, atque foliorum figura. Crescit autem ad decem usque cubitorum altitudinem, stipite, ramisque duris lignosis. GVL. Quid audiō? arboreum Gossipiū ibi spectari? noua certe omnibus herbarijs planta, nusquam haecenus uisa, aut cognita. Sed dic quęso multæ ne ibi illius Gossipij plātæ nascuntur, ex quibus, queant usum illius usitatissimæ lanuginis explere? ALPIN. Paucæ, & non nisi in uiridarijs, Gossipij arbores illæ spectantur, quæ eandem, quam herbaceum, ferunt lanuginem: quæ (ob modicam penes ipsos quantitatem) in usu non est, sed aliunde aduecta. Utuntur Aegyptij, linearum petiarum loco, quibus nostri tantum utuntur ad ulcera, uulneraque omnia sananda: quando lineis petijs, apud nostros ad uulnera ulceræq; frequenta, illi non utantur. adhibent & ipsa, uti nostri faciunt, ad fluentē sanguinem sistendum. Seminum quoque mucylaginis usus est frequentissimus ad omnes febres exurentes, atque uenena erosionem uentriculo, & intestinis inferentia. Ad tuffientes ex acrīum, salforūque humorum distillationibus, gossipij plurimus est apud eos usus. In Arabia ex hac xilini lanugine telas illas tenuissimas (quas sessa illi appellant, atque multis byssum antiquorum esse persuasim est) parant, quæ utique ob pulchritudinem ab omnibus comendantur.

GOSSIPIVM ARBOREVM GOTNEMSEGIAR,



DABMAG

H De

# DE PLANTIS AEGYPTI

De Sambac Arab. sive Gelsimino Arabico. Cap. XIX.

A L P I N V S.

**S**AYR I est frutex sarmentosus, qui sarmentis serperdo altius se extollit, folijs mali aurancij proximis, flores albos, octonis folijs praeditos, omnino similes vulgaribus iefmini floribus, à quibus differunt numerosioribus folijs, magnitudine odoreque præualidiori, ac suauiori. vsus florum est magis ad ornatum corporis, quam ad sanitatem. nihilo minus parant oleum, quo vtuntur mulieres in balneis ad vterum calefaciendum & laxandum, eius enim scirrhosis tumoribus maxime conferre expertæ sunt, vt partum etiam faciliorem reddant, oleum hoc & bibunt calidum, & ipso liniunt extrinsecas uteri partes. Utuntur quoque eo exterius inungentes thoracis regionem, tum per os ipsum calidū bibentes, ad tussim, anhelitusque difficultatem, & ad pleuritum lethalem, in qua sputum maxima cum difficultate educitur, & ad peripneumoniam, atque ad dolores vehementes stomachi, intestinorum, atq; vteri. Parant hoc nostri vnguentarij ex dulcibus amygdalis atque vel sesami seminibus, ex quibus odore florum iefmini imbutis oleum exprimunt valde odoratum.



SAMBAG

SAMBAC LESMIN ARABIGVM.



# DE PLANTIS AEgypti

*De phaseolo nigro lablab vocato.* Cap. XX.

A L P I N V S.


**S**T arbor sarmentosa, quæ crescit ad vitis magnitudinem, sarmentisque vitis modo extenditur, ac expanditur folijs, figuraque similis est omnino vulgari pha- seolo, flores fert bis in anno, vere, ac autumno, pha- seolorum floribus aliquatenus similes, à quibus siliquæ longæ, instarque fabarum latissimæ cernuntur, quæ semina nigra pha- seolis planè similia continent, quorum alia nigra, alia subruba- cernuntur. Hæc arbor uiuit annos centum, & amplius perpetuoque viret. Aegyptij phaseolos illos in cibo frequentant, nostrisque non minus gustui sua- ues existunt. Mulieres utuntur decocto cum croco ad excitandos menses. præterea utile est ad tussim, & dispnæam, & ad uri- nam suppressam mouendam.



PHASEOLVS

1741 BIE R. DE

PHASEOLVS NIGER LABLAB.



De

# DE PLANTIS AEGYPTI

De Phasiolo rubro, Abrus vocato.

Cap. XXX.


A L P I N V S.

**S**T etiam arbor fruticosa, farmentosa, uolubilis, atque  
lahlab modo serpens, ac altius se extollens, latiusque  
se expandens, folijs derelside uel Tamirindi, planè si-  
milibus, sed longe minoribus: mouenturque etiam  
non secus, quam de ramarindi folijs dictum est, ad Solem: Occi-  
dente quippe Sole clauduntur, totaque clausa manent, quo usque  
Sol denso oriatur, quo tempore rursum aperiuntur. Flores au-  
dio ferre hanc arborem phaseolis proximos, atque siliquas, quæ in  
tus habent semina parua, rotunda, rubra, dura, phaseolis omnino  
similia: quæ quidem corallorum uniones, quas collo puellæ ge-  
sture solent, omnibus plane videntur. phaseolorum gustum & ipsa  
habent, quorum usus est ad cibum, ijsque Aegyptij in iure  
elixis uesci consueuerunt. Sunt vero cæteris omnibus  
difficiliora, ex quo stomacho maxime infestæ sunt,  
flatusq; multos concitant, & hypochondria  
cis valde noxia obseruantur, egerrime  
que in stomacho concoquun-  
tur, & prauum succum  
etiam generant.



ABRVS.

A B R V S.



De

# DE PLANTIS AEGYPTI

*De Mauz seu musa.*


*Cap. XXII.*

A L P I N V S.

**M**AVZ arbor apud Aegyptios vocata, crescit in multis locis Aegypti, præsertimque Damiatæ, olim Pelusij, ad mali punici magnitudinem, sed ramis caret; nam instar cannæ folia sua spargit, quæ sic longissima sunt, & latissima, ut sex, septemque cubitorum in quibusdam uisa sit longitudo, & latitudo fere duorum. aiunt multi insitam hanc plantam olim fuisse cannæ saccharinæ supra culcassiæ radicem, uere que imago utriusq; in ea cernitur, longitudinem cannarū, & latitudinem culcassiæ in folijs adepta perpetuo uiret, nunquam folia decidunt. Hæc planta fructus fert multos, paruis cucumberibus similes sed racematis multos appensos. Color ipsorum exterius aureus cernitur, corticesque suauissimum odorem, atque aromaticum spirant. substantiæ ipsorum cucumberorum persimilis aliquatenus existit, sed est tamen mollis, pinguis, lenta, dulcis, atque ad prime suanis, eam comedere assuetis, seminum, uel nucleorum expers. Stomachum grauat, difficulter concoquitur, multum nutrit, succumque crassum ac lœcum generat, quo uiscera obstruuntur, præsertimque hepar: est tamen auxilio tussientibus, spiriosisque ex calore factis. eiusque decocto utiliter utuntur, ad tussim ex calidorum humorum destillatione genitam, atque ad pleuræ & pulmonum inflamationem, atque ad renes inflammatos, & ad eos, qui mingunt difficulter. aiunt etiam fructum esum, uel decoctum assumptum, uenerem augere. Fructuum cortices exiccatus multam uim habere ad roboranda omnia uiscera illi affirmant, cordique opem ferre ex ipsis paratum decoctum in aqua calaf. Ususque huius decocti ad febres pestilentes apud eos dicitur valde utilis: pulueré quoque ipsorum corticum in cordis passionibus cū aqua calaf dissolutam epitāt. GVIL. Planta hæc Theophrasto sub nomine palmæ fuit nota, atque Serapioni, qui de ipsa ea, quæ ad hominum salutem ex te recitantur, eadem fere dixerunt. Neminem uero noui, qui, quod tu nunc ex Aegyptiorum relatione prodidisti, affirmari, quippe hæc plantam è canna saccharum gignente, supra radicem culcassiæ insitam esse: quamquam folia longitudine atque latitudine, utriusque plantæ, foliorū imaginem referre uideantur, de qua hæc sufficient.

M AVZ

M A V Z M V S A.



I De

# DE PLANTIS AEGYPTI

De Sesban. Cap. X X I I.

A L P I N V S.

**S**ESBAN ibi frutex est myrti magnitudine, folijs securidacæ, sed longioribus & angustioribus, ramos habens herbacos teneros. flores fert croceos, anagyridis perquam similes, racematin multos ab ala vel ramulo pendentes, à quibus siliquæ longæ producuntur, fænugreco proximas, in quibus semina sunt etiam seminibus fænugræci non parum similia. His fruticibus Aegyptij utuntur ad sepes texendas pro agrorum distinctione. semina hos in medicina usus habere noui, etenim aiunt, humentem stomachum siccare, roborare, & ipsorum quoque usum tum in decocto, tum in puluere affectant ad prohibendum quemcumque alui fluxum, atque non minus ad menstruorum immoderata profluvia sistenda, ex ipsis insignem utilitatem experiuntur: & ut uno verbo dicam, in omnibus vacuationibus, firmandis illorum feminum usum habent frequentissimum.



SESBAN.

SES BAN.



DE PLANTIS AEGYPTI

*De Sophera.* Cap. XXIIII.


A L P I N V S.

**S**O P H E R A est planta fruticosa cubitalis altitudinis,  
galegæ proxima, duris ramis, folijs myrthi, tenuiori-  
bus multis, utrinq; ordinatim aq; appèsis: flores fert cro-  
ceos, cassiæ florum æmulos, inodoros; ex quibus siliquæ  
paruæ promanant, quatuor aut quinque semina habentes, Sesban  
plane similia . Aiunt semina esse uenenum hominibus.



SOPHERA.

SOPHERA.



De

# DE PLANTIS AEGYPTI

De Beidelsar. Cap. XXV.

A L P I N V S.

**B**EIDEL SAR nascitur in humidis locis prope Alexandria in ramo Nili Calig vocato, & Cayri in loco prope el Mattharia fere perpetuò humida, ac fere palustris, ex aqua Nili ibi diu manente. est planta herbacea, fruticosa, multis stolonibus ab radice rectis sursum ad duorum ferè cubitorum altitudinem se extollens, folijs latis oblongis, rotundis, ut Aloes folia, crassis, & candidis, ex quibus dissecatis lac album manat: totaque planta lacte abundat. flores fert croceos ranunculi floribus proximos, à quibus loco fructuum duo testes inuicem adligati pendent, satis hominis testibus persimiles, in quibus alba lanugo & semina parua, lata, lactucæ seminum emula continentur. Folij contusis, tum crudis, tum in aqua coctis utuntur emplastri modo in frigidis tumoribus, & doloribus. ex lanugine parent cubilia, quibus utuntur. Utuntur etiam ea ad excipiendum ignem ex filice excussum, tanquam esca, ac pabulo. tota planta late calidissimo, ac exurenti scatet, quem plures in quibusdam uasis colligunt ad expilanda coria, ea siquidem in eo lacte si aliquo tempore maneant, pilis nudantur. Lac quoque siccatum præstantius corpora soluit, atque dysentericos fluxus etiam lethales facit. Est etiam præstantissimum remedium ad impetiginem curandam, & ad plures alias cutis infectiones sanandas, eo si inundantur partes.



BEIDEL SAR.

L I B E R.

36


B E I D E L S A R.



FRVCTVS

DE PLANTIS AEGYPTI

FR V C T V S BEI DEL SAR.



PYTOMA

De

*De Achaouan abiat, id est artemisia alba.* Cap. XXVI.

## ALPINVS.


**N**ASCITVR Cayri in locis multis quædam planta  
fruticosa, ramis densa, que trium cubitorum usque ad  
altitudinem assurgit, folijs artemisiæ intus nigris, atque  
extra candidis, tota plantæ lanuginosa, seu hirsuta, flo-  
resque fert umbellæ modo, multos, aureos, senecioni proximos.  
qui tandem in pappum degenerant. flores, foliaque sunt parum  
odorata, sapore subdulci cum aliqua stipticitate. hanc volunt  
multi ipsorum esse Achaouam maiorem ac albam, quippe artemi-  
siæ speciem, ex quo ipsi eam appellant Achaouam el chebit abiat;  
Quam plantam nostri temporis herbarij alij cinerariam, alij Iaco-  
bæam marinam, vocant. Aegyptij ea ad multa utuntur, quippe de-  
coctum ex folijs paratum ad renum, vesicæque calculos pollere  
ajunt, nec non ad sanandas viscerum antiquas obstruktiones, præ-  
sertimque ad vteri obstruktiones, frigiditatem, strangulatio-  
nem, sterilitatem, inflationem, atque ad menses interce-  
ptos reuocandos, proinde paratis ex folijs, flori-  
busque in aqua infessionibus mulieres hy-  
stericæ maxime iuuantur. G V I L.

Noua quidem est planta. Anti-  
quis incognita, nisi sub  
arthemisiæ specie  
quis ipsam re-  
ponat.



K ACHAOVAN

DE PLANTIS AEGYPTI  
ACHAOVANABIAT.



De

De Bammia. Cap. XXVII.


## ALPINVS.

**B**AMMIA est planta ad altheæ magnitudinem. folijs floribusque maluæ, aureis tamen, à quibus fructus fiunt, similes quibusdam paruulis cucumeribus, qui semina parua, subnigra, rotunda continent. que apud illam gentem ad cibos in usu existunt. ex quibus seminibus non secus quam nostri ex phaseolis, pisis, alijsque leguminibus fercula parant. Frequentissimeque his ferculis uescuntur plerumque in iure carnium paratis. folia, fructusque frigidos esse, & humidos in primo gradu aiunt, habereque vim ipsos resoluentem, ac emollientem. proinde pectori ac pulmonibus conuenire, ventrem emollire, atque lubricum reddere. fomenti uel emplastri modo folia apposita inflammationes resoluunt; dolores mitigant, tumores emolliunt, concoquunt, ac ad suppurationem suppurandos mouent. Mulieres ad uteri duritiem, tum fomentis, tum emplastris tum infussionibus ex folijs ac fructibus procuratis, multa cum utilitate vtuntur. in renum uero inflammatione, & calculis, ex ijsdem paratum decoctum per os cum saccharo candido sumptum aliquibus diebus, pro selectissimo auxilio habent. ad ophthalmias etiam finita fluxione decoctum colirij modo frequentant, atque cum eo fermentare latus dolentem in pleuriticis solent.



DE PLANTIS AEGYPTI

B A M M I A.



De

*De Melochia.* Cap. *XXVIII.*

ALPINVS.

**M**ELOCHIA est herba blito persimilis, folia tamen angustiora, lōgiora, acutioraq; habens flores. eius sunt parui, crocei, leucoris minoribus, e quibus semina parua, nigra melanthio proxima, in quædam obliqua cornua conclusa, producuntur. semina sunt in maximo apud eos usu ad omnes affectus, quibus semina altheæ conducere compertum est. nam melochia facultate planè similis altheæ videtur: proinde ad suppurandos vel concoquendos, resoluendos, atque emolliendos tumores duros, eius maximus usus est. habet etiam maiorem visciditatem eius mucilago, quam althea. In cibis nihil est ipsa Aegyptijs familiarius, uel gratius: decoquunt enim in aqua uel iure carnium, ut nos betam elixare solemus. Coniuia carentia melochiae ferculis ab his parum reputantur. cibus quidem illis populis melochia est familiarissimus, ex quo multi tamen male se habent, nam parum nutrit, & succum viscidum gignit, ex quo in difficiles obstructiones viscerum, qui eam in cibo frequentant, incurruunt, nihilominus melochiam in cibis non omittunt, præcipueque viscofiorem mucilaginem facientem, aude omnes esitant. Est tamen totius plantæ, uel maxime foliorum decoctum pectori amicum, ipsum enim humectat, ex quo siccis, asperisque tussibus præsentaneum cum saccharo candido est auxilium. atque ægre spirantibus. Semina quoque pondere duarum drachmarum sumpta copiosissime purgant omnes humores.

MELOCHIA.

DE PLANTIS AEGYPTI

M E L O C H I A.




De

*De Zatarendi.**Cap. XXIX.*

## A L P I N V S.

Vocant ii quandam herbam Zatarendi ( quod ex India illuc cōportetur ) parum crescentem, foliis crassis, rotundis, ac albis, succo plenis, multū odoratis, quæ neque flores, neq; fructus edit . quā multi, ut origanum, siccatam pro obsonio comedunt. Audio apud multos ad tuſſim , spirandique difficultatem , & ad prouocandam vrinam, ac menstruas purgationes in vſu esse.

## Z A T A R E N D I.



De


DE PLANTIS AEGYPTI

*De pipere longo.* Cap. XXX.

A L P I N V S.

**E**ST quedā herba in viridarijs quibusdā custodita, iunci foliis, sed crassioribus, è quibus sectis succus quidā flāuuus manat, valde acris, ac exurens, totaq; pianta est calida in quarto gradu, magis quām piper exurens. Ea vtuntur emplastri modo apposita, ad coxendicis dolorem, nec non ad frigidos articulorum dolores, corrigunt vero nimium eius calorem oleo rosaceo, vel myrthino.

F E L F E L T A V I L.




De

A B S V S.

*De Absus. Capit.  
XXXI.*

## A L P I N V S.

**E**S T etiam quædam  
herbula crescens pal  
mi magnitudine, vel ali  
quâto maior, folijs trifoli  
is, sed rotundioribus, qua  
ternis singulæ alæ appen  
sis. Flores paruos, albos,  
& semina piri seminibus  
proxima ferens. quam  
Aegyptij Absus vocant.



L De

# DE PLANTIS AEGYPTI

De Sefamo seu Sempser. Cap. XXXII.

A L P I N V S.


**S**EMPSEN, à nostris sesamum, planta est vnius caulis recti, se ad vnius cubiti altitudinem extollens, folijs densis ordinatis totum caulem vestientibus, folatro proximis, floribus albis paruis, à quibus siliquæ producuntur quadricostatae, parvae, semina flava, lini similia continent quæ gustui dulcia existunt. ex quibus oleum, quod sitis appellant illi, quod ad cibos in frequentissimo usu est, maioriique pretio, quam oliuarum oleum ibi venditur. Folia, semina, & oleum ferè eiusdem facultatis esse experiuntur, quippe calidæ temperatæ, atque humidæ ad secundū gradum accendentis, resoluentis, & emollientis. Plantæ decoctæ utuntur ad ophthalmias resoluendas, fomenti modo oculis adhibito. atque ad tussim, anhelitusque difficultatem, pleuritidem, peripneumoniam, & tumores duros scirrhosos; mulieres pro uteri duritie infestationes, ex plâta, feminibusque cum modico mel lis paratas frequentant: eodem ad cutis vitia vtuntur, quippe ad furfures capitis, liuoresque faciei, & nigrores ex sanguine congelato exortos, calido fomenti modo saepe apposito. ex planta & feminibus in aqua concoctis cum modico mellis emplastra ad tumores scirrhosos, atque ad exscicatos neruos parant, quibus utiliter semper uti solent: quæ etiam ad combustas partes utiliter frequentant, non minusquam ad calidas inflammationes resolendas, uel suppurandas. decoctum etiam in clysteribus ad colicos dolorcs, & ad emolliendam aluum affectant. Mulieres ad mouendas menstruas purgationes, decoctum ac infusum in aqua paratum pro secreto auxilio habent. neque sua spc hæ, quibus præcraffitie sanguinis, venarumque uteri obstructione menses non veniunt, frustrantur. Seminis ad cibum usus est antiquatus apud omnes Aegypti accolás, pauci tamen est nutrimenti, sed alimentum unctuosum ac crassum præbet. ex quo, quamobrem ipsorum frequenti esu mulieres impingueſcant, facile deprehenditur. quæ vero ipsarum corpora pingueſcere cupiant, semina à cortice mundata comedunt plus pingueſcit oleum ex feminibus expressum, omniumque maxime ſex olei thaine ab illis uocata. Oleum faciemque eius bibere,

bibere, adhoc ut impinguescant, mulieres in balneis familiarissimū habent. Oleo etiam ad multa alia Aegyptij uti consueuerunt, quippe ad cutis pustulas, asperitatem, ac omnem defecationem ex humore melancholico concitatam, tum epoto, tum in cibis frequētato, uel ipso affectis partibus inūctis. Secretum apud quosdā auxiliūm est, ad cutis pruritus abolendos, eius quatuor untias multis diebus bibendam exhiberi. eo etiam iij utuntur, ad anhelitus difficultatem, pleuritum desperatam, in qua nihil expuunt ægroti, atque ad peripneumoniam. necnon ad mouendos menses, atque ad uehementes stomachi, intestinorum, uterique dolorum cruciatus demulcendos, intus, extraque præstito. **G V I L A N D.** tibi gratias multas habeo, qui mihi huiuscē plantæ tot tantasq; utilitates medicas ab ea gente compertas dixeris, quas dignas auribus uestrorum quoque medicorum censeo, quando non solis Aegyptijs hæc manifesta fuerint, sed multi alijs præclarissimi medici eadē fere in posterum memorię prodiderint, ut est Rasis, Auicenas, Hay, Serapio, atque alijs. Sed nunc restat, ut plantæ ichornem spectemus, & an ea sit, quam aliqui pinxerunt, qui in illa dubij ex Theophrasti lectione decepti uidentur. hanc plantam sempsem appellant.



DE PLANTIS AEGYPTI

S E M P I S E M S E S A M V M.



MARSHM 32

De

*De Culcas sive colocassia.* Cap. XXXIII.


## ALPINVS.

**V**ULLA planta Aegyptijs colocassia, quam illi **Culcas** vocant, est magis nota, neque magis in usu, quando omnes radices huius plantæ in iure coctas, atque alijs multis modis in cibis paratas assidue esitent. Nō secusquam nostri rapas. agri colocassiis pleni ibi spectantur, atque quod mirabilius uidetur, nemo illorum aliquam ipsarum plantarum floribus, uel fructibus usquam præditam uidit. Ego ex innumeris illis uiuentibus à me s̄epe inspectis, nullam unquam florentem uidere aut cum aliquo fructu, uel aliquo caule, potui. Ex quo dubitandum uideretur, eam plantam esse Gr̄corum fabam Aegyptiam. planta hæc ibi spectatur folijs nenupharis, longioribus, ari proximis, sine caule, flore, atque fructu: eius radix magna, crassa chinæ radicibus similis cernitur, sapore subamaro acri cum aliqua uiscositate, quæ cocta dulcescit. quotidie passim toto anni tempore per urbem innumeræ radices uenduntur, uiliori pretio. Hinc sanè multum semper miratus sum, Dioscoridem, Aegyptiam fabam flores, atque fructus ferre, & eam item colocasiam esse prodiisse. Quam plantam quoque eo nomine Aegyptij nominat, quippe culcas. Quam nusquam floruisse, nullumque fructum dedisse neque vidi, neque aliquem vidisse unquam audiui: cuius litem relinquo alijs libentissime dirimendam. Eam tum crudam, tum coctam libentissime ueneri indulgentes mandunt, tum quia putant semen multum gigne re, tum libidinem preualide mouere.



CVLCAS

DE PLANTIS AEGYPTI  
CVLCAS FABA AEGYPTIA.



CATIGAS

De

*De Loto Aegyptio Nuphar vocata. Cap. XXXIIII.*

## A L P I N V S.

**R**OXIMO de Colocassia cognito errore, hic alias à nobis de Loto Aegyptio animaduertitur, quando hæc planta planè eadem sit, quam nostri nympheam, atque Arabes Nuphar appellat. In toto quidem flumine Nilo Aegyptia loca lambente nulla alia planta est inuenta quæ notas loti præferat, quam nymphæ ipsa, quæ profecto planta similis est, ut de Loto affirmat Dioscorides, Colocassia, seu Fabæ Aegyptiæ, floremque fert album (loquor de maiori nymphæ) lilio valde similem, quam clarius expressit Theophrastus, qui dixit. & flos candidus, lilijs foliorum angustia proximus; uerè enim „ hic maioris nymphæ flos est, qui Sole occidente clauditur, atque sub aqua occultatur, atque Oriente supra aquam assurgit, & foras exit, aperiturque. Quod non modo in Aegypto, verum in multis Italiæ locis in hac planta obseruatur, maximeque in locis omnibus circum Venetias lacunosis uel palustribus. Valles siquidem Margheræ, ac Mestri plurimas has plâtas ferunt, in quibus quisque quod à Theophrasto, Dioscoride, atque alijs multis de Loto dicitur, planè obseruari potest. Et quid? non ne etiam ex flore caput producitur, papauerorum capitibus valde simile? in quo semina multa minuta, qualia uere milij existunt, continentur, radixque crassa est? Nō possum non vehementer admirari Theophrastum, Dioscoridemque, atq; alios, qui omnes a nymphæ, distinctissimis capitibus lotum Aegyptium seiuinxerint, quando utraque vnum atque idem planè sit, & mirandæ ad solem conuersiones de loto celebratæ cædem sint, quæ in communi nymphæ ab omnibus animaduertitur. Ipsa enim Occidente Sole florem claudit, deinde tota cum folijs sub aqua occultatur, eoque oriente, florē primo extra aquam demittit, aperit, atque paulo post cum omnibus folijs supra ipsam assurgit. Aegyptij caules crudos cum suis capitibus per estatis calores mādunt: subdulces enim sunt, atque humidi, ad modumque refrigerant & humectant, quos appellant Razelnîl.

**G V I L A N D.** Miror equidem non parum Plinij diligentiam, <sup>Lib 13.c.</sup> 17. & 18. qui hæc scripserit. Mirum est quod præter hæc traditur, sole occi- „ dente

## DE PLANTIS AEGYPTI

„ dente,papauera ea comprimi,& integi folijs. Ad ortum autem ape  
„ riri donec maturescant,flosque, qui est candidus, decidat . Hoc  
„ amplius in Euphrate tradunt, & scapum ipsum, & florem uespera  
„ mergi usque in medias noctes , totumque abire in altum,ut ne di-  
„ missa quidem manu;, possit inueniri . Verti deinde, paulatimque  
„ subrigi,& ad exortum solis emergere extra aquam, ac florem pate  
„ facere,atque etiamnum exurgere ut planè ab aqua absit altè. quan-  
do in communi, vt tu dixti, nymphæa pene locum Marghera ap-  
pellatum,in stagnantibus aquis dulcibus', isthæc omnia planè ob-  
seruentur,atque propè Mestrim ciuitatē in omnibus illis conualli-  
bus . Ad Nymphææ uel loti Aegyptii medicos vſus populis cogni-  
tos nunc prodeas. A L P I N . Vtuntur floribus & folijs contusis ad  
omnes calidas inflammationes,atque etiam succo , presertimque  
ad demulcēdos dolores,a calida causa obortos, lacte atq; oleo ro-  
faceo misto , eodēque itidē modo oleo,quod ex floribus parāt ad  
calidos dolores, inflammationes,exuſtiones,ulcera,& dolores ca-  
piti in febricitātibus , uigilijs,tum exterius folia cōtusa applicant,  
tum eius succo cum oleo & aceto frontem & tempora,illiniunt.ad  
conciliandum somnum syrupum ex eo paratum frequentant, at-  
que tum seminum,tum radicis puluerem egrotis cum eius decocto  
exhibit . Vſus radicis,seminumq; secreti loco habetur apud mul-  
tos,ad gonorrhœam,& in mulieribus ad album profluuium firman-  
dum,& ad dysenteriam . Multi uero ab huius plantæ uſu cauēt,eius  
loco alia sequentes , eo timore ne eis coeundi tum desiderium ,  
tum vires minuantur . apud eos etenim omnes cōpertum est vſum  
seminum,atque radicis homines reddere ad venerem valde frigi-  
dos,ac tardos . Hinc vſum hunc multos ibi sanctos heremitas sequi  
audio, vt facilius uitam Cælibem ducere queant . sed iam ad papy-  
rum sermo à nobis conuertendus est , quando hæc planta quoque  
in Nilo flumine nascatur . Verum quoniam omnia de hac planta  
tum ad cognitionem,tum ad vſum pertinentia te in Plinij capi-  
tis de papyro commentario (quod papyrus vocasti ) planè proſe-  
cutum fuisse scio,paucis de ea mihi nunc agendum puto.

De

*De Stratiote, Haibalem maoui vocato. Cap. XXV.*

## ALPINVS.

**P**ELVSIVM nunc Damiata vocata, ciuitas in Aegypti humiliori solo posita est, quo fit, ut Nilo flumine ad eam perlabente ( quod pene ipsam spacio quinque millia passuum in mare mediterraneū euomit ) largius eius solum inundatur, & ad libitum irrigatur. Hincque multa ætiora atque amœnissima, quam in toto Aegypto reperiantur prope hanc vrbem, viridaria cassijs, limonibus, musis, vitibus consita, atque inter se more Italico fossis ( quæ alibi in toto Aegypto nusquam reperiuntur ) aqua fluminis decurrente plenis, distincta spectatur. In illis itaque fossis quæpiam herba copiose prouenit, aquæ lenticulæ palustris modo supernatans, sine caule, folijs Cynoglossi, brevioribus, latioribus, densioribus, durioribus, hirsutioribusque ac albidiioribus, à quibus pro radicibus exigua ac rara quedā lanugo pendet. Quæ planta maiori sedo, vel semperuiuo est similis; Nam appellant Hayhalem elmaoui, quasi dixerint aquosum secundum. Nullo odore est referta, eo excepto, quem ab aqua accipit. sa puncto tamen adstringenti, ac sicco linguam ferit, non secus quam acacia faciat. Ad eadem ipsa mala iij vtuntur, quibus plantaginem conducere compertum est. Ex quo mulieres rusticæ, quas Bedoui vocant, ad fistēdam sanguinis eruptionem ex utero, atque alijs partibus, eius decoctum, vel succum, vel puluerem per os quotidie ad drachmę pondus sumunt. Rustici quoque ad vuulnera sananda folijs cōtusis superpositis vtuntur, mirificeque ea fanant. eamque frigidam usque ad primum gradum, & sicciam supra secundum illies se arbitrantur. **G V I L A N D.** Hanc plantam verum esse Stratiotem antiquorum existimo, de qua Dioscorides hæc nobis prodiderat: Stratotes in aquis nascens, aliquibus fluuiatilis Stratotes nuncupatur; Aegyptijs Tibus, Magis Aeluri sanguis. Aquis supernatat, & sine radice viuit, vnde cognomen traxit. Herba semperuiuo similis, ni maiora haberet folia. Ad eademque mala, ad quæ ea Aegyptios nunc vti dixisti, prestare Dioscor. etiam scribit, Itaque non erit dubitandum hanc herbam esse stratiore. Quod

Lib. 4.  
cap. 103

"

"

"

"

"


Lib. 24.  
cap. 18.

M clarius

## DE PLANTIS AEGYPTI

clarioris Plinius demonstrasse hisce verbis etiam visus est. Celebra-  
tur autem & à Græcis Stratotis, sed ea in Aegypto tantum, & inū-  
datione Nili nascitur, aizoo similis, ni maiora haberet folia.  
ALPIN. Verum loqueris. Sed ad alia transeundum est.


HAYHALEM ELMAOVI IDEST  
Stratiotes



STRATIOTES

STRATIOOTES AVERSIS FOLIIS.

ALPINAS



# DE PLANTIS AEGYPTI

*De Papyro Berd' vocata.* Cap. XXXVI.

## ALPINVS.



APYRVS, quem berd Aegyptij nominant, est  
planta fluminis Nili, binis aut pluribus caulis re-  
ctissimis supra aquam sex, septemue cubitibus assur-  
gens. Cauliumque in fastigis scapus inumeris ca-  
pillamentis, longis, rectisque contextus, cernitur.  
Folijs quoque constat multis rectis, ensiformis, ti-  
spheæ aliquatenus similibus. triangularibus, ac mollibus. Chyrurgi  
olio rum medulla vtuntur ad vlcerum ora dilatanda. Ex scapi-  
que combusto cinere, recentia vlcera curant. qui etiam  
maligna augeri ( si sæpe aspergatur) non finit. Ex  
scapis recentibus aquam distillant, ad ocu-  
lorum suffusiones, calinges, ac ob-  
scuritates maxime pro-  
ficiuam.



PAPYRVS

## PAPYRVS BVRDI.



De

# DE PLANTIS AEGYPTI

*De Cypero.*

*Cap.*


*XXXVII.*

A L P I N V S.

**C**YPERVS rotundus, quem Aegyptij vocant hodie, in Nilo flumine, atque in pluribus Aegypti lacubus vel locis palustribus, copiosissimus peruenit porras folijs, longioribus tamē atque exilioribus, cauleque cubitali, anguloſo, in cuius cacumine sunt folia aliqua stellæ modo radiantia, è quibus spicæ aliquæ procedunt herbacei coloris semi-na continentes: radices sunt nigræ, rotundæ, magnæ, oliuæ crassitie spectantur, multeque uni radicis capillamento appensæ simul coherentes, odorate, atque acuti saporis, Hę calefaciunt, exſiccant sine mordacitate, incident, attenuant, oraue uenarum aperiunt. Apud Aegyptios maximos ad medicinam usus habent, præcipueque ad vlcera oris, & pudendorum sananda familiarissimum ipsarum tum puluis, tum combustarum cinis, est remedium. ex ipsis paratum decoctum uel puluis stomachum, cerebrum pulmones, uterum, neruos articulos, aliquibus diebus sumpta plurimum calfacit, siccatur, roboratque naturalem calorem: ex quo omnibus morbis à cerebri tum frigida humidaque temperie, tum frigidorum humorum distillatione concitatis, hę efficacissimum sunt auxilium: non minusque stomachi cruditatibus, humiditatibus, flatibus, anhelitusque difficultati, orthophneę, tussi. necnon hystericis omnibus mulieribus ex frido humidoque utero effectis, aliisque morbis, ab iisdem uteri causis obortis articulorum doloribus. Familiare satis remedium ad suppressos menses eas esse ibi expertū est. nam menses efficacissime reuocant. Decocto ac puluere ad frāgendum tum in renibus, tum in uestica lapidem, ac ad prouocandā urinam frequentissime illi utuntur, quod etiā non minus in omnibus cronicis febribus, ac alijs diuturnis morbis frequentant.

CYPERVS

CYPERVS HODVEG.



De

## DE PLANTIS AEgypti

*De Chatè, Abdellaui, & batecha el naui.*

Cap. XXXVIII.

A L P I N V S.

**N**usu habent Aegyptij genus quodam cucumerorum Chatè vocatum. quæ planta à communi cucumere alia quidem re non differt, nisi magnitudine, colore, & mollitie, quando Cucumis Aegyptia folia habeat minora, albiora, molliora, atque rotundiora, fructusque producit admodum à nostratis differentes, quando his longiores, viridiores sint, ac cortice plano molli, equali spectentur. gustuiq; sunt dulciores, atque concoctu faciliores. Horum usum corporibus in cibo ipsis tum crudis, tum coctis vescētibus, salubrem esse apud omnes eorum locorum incolas creditur. Medici aliqui ibi nonnullis febricitantibus crudos etiam mandendos concedunt, præsertimque pesti affectis, quibus cucumeres hos crudos esitatos summe conducere omnibus (nescio qua ratione) persuasum sit. Coctos in ardentibus febribus, utiles esse ratione confirmatur, quando re frigerent, atque humectent. In renū & vesicæ calidis morbis, cum lacte coctos cucumeres multis diebus non sine multa utilitate in cibo sequuntur. Iac etiam ipsorum seminum pro ijsdem malis personum fumere s̄epe solent. ad oculorum vero, aliarumque partium calidas inflammationes pulpa contusa cucumerorum laeti mista vntur. Et ad sedandos podagricos dolores à causa calida concitatos, succum lacte oleoque rosaceo mistum, partes liniendo, sequuntur. Stillatitiam aquam ad libram ad iecoris caliditatem corrigendam & ad sanandos renes tum inflammatos, tum à calculis vexatos multis diebus egrotos bibere consulunt, quibus ipsam satis ijs conferre experientia compertum est. sunt aliqui, qui ad hæc eadem malam aqua stillatitia laeti eorundem cucumerorum seminum mista, vti solent. ex Melonibus etiam quosdām à nostratis planè diuersos Aegyptij habent, quos Abdellaui uocant, ad differentiam aliorum, quos etiam Chaiar nominant. quorum usus ad cibum haud multum iucundus percipitur, ceterisque omnibus insipidores ac molliori pulpa obseruantur. Habent tamen semina, quæ alijs omnibus

nibus longè magis ad refrigerandum præstare putant. Quia de re, omnes ea plus alijs in ysu frequentiori habent, aliorum melonum semina parui facientes. Planta nostratibus non multum differt, sed fructus fert oblongos, acutos, extrema, & medium valde crassum habentes, Bahobab nuper narratis fructibus proximos. Habent etiā Angurias à nostratibus non nisi magnitudine quoad aspectū differentes: nostris quidem maiores, cortice flauiore, quæ intus semina tantum, & aquam dulcissimam continent. Quam ad sitim arcendam, caloremque multum in stomacho, uel hepate, vel renibus corrigendum largius epotant. Ad febres non minns ardenttes, & tertianas, vsus illiusce aquæ summopere laudatur, atque ab his frequētatur. Sunt qui distillatione aquam tenuiorem ad siticulosos, stomachos biliosos, ad iecur renesque calidos, & à calculis uexatos, eliciunt, quam certe ij multæ utilitatis esse experiuntur. Turcæ Aegyptij, Arabesque lasciuorem vitam agentes, per aestatis summos calores, harum anguriarum aquam in potu frequentant, eiq; aliqui modicū aquæ rosaceæ, moschi, atq; ambrae miscent. His Aduenas honorare consuetudo Aegyptiis est, eas scilicet edendas obferentes. Illas per annum in paleis incorruptas conseruant: aliquandoq; sic cariori pretio ibi ad egrotos vēduntur, vt vnam argenteo aureo venditam cognouerim. Sic vero eius aqua diuretica est, ut ipsius usum assidue sequentibus, hernias, ad testes de fluxa, incredibili magnitudine, facere soleat.


hinc ibi plures herniosos  
spectare licet.

...



DE PLANTIS AEGYPTI

C H A T E.



ЛЯНО Н

ABDELAVI.

A B D E L A V I.



CHAYOTE

N<sup>o</sup> 2 De

# DE PLANTIS AEGYPTI

De Achaouan , seu parthenio inodoro : Cap. XXXIX.

A L P I N V S.



CHAOVAN, est planta herbacea camome-  
lo proxima, quæ tamen non adeo alta extolli-  
tur, sed parum supra terram latius expanditur, fo-  
lijs parthenij, minoribus ac densioribus, floribus  
que camomeli emulis . Herba saporis odorisque  
expers percipitur, sed flores odorem grauem, per  
obscurumque spirant. Florum,foliorumque decoctum in usu ha-  
bent ad tollendas viscerum obstructiones , præsertim-


que ad Ietericos . G V I L A N D I N V S. Si  
sapor acutus in hac planta sentiretur , co-  
tula Serapionis , sine dubio esset.

ALPINVS Hæque plantæ  
existunt, quas Aegypti  
patrias esse ob-  
ieruare po-  
tui.



ACHAOVAN

## ACHAOVAN PARTHENIVM INODORVM.



*De Neiemelmsalib siue gramine Crucis.* Cap. XL.

A L P I N V S.

**R**AMEN quoddam nascitur exile, radicibus serpens  
albis, geniculatis, dulcibus, cum aliquali acrimoniam, co-  
muni grami proximis, digitis altitudine, geniculati,  
ramulis assurgens, folijs communi grami similibus  
sed minoribus, ramuli habent quotuor spicas, licheni, vel grami-  
nis

## DE PLANTIS AEGYPTI


nis sanguinarij similes, perfectam crucem figurantes, quam æque omnes uno modo formant: ex quo ipsum Aegyptij neicem el, uocat quasi dixerint, gramen crucis, in quibus fiunt semina minutissima feminibus communibus graminis similia. Maximum usum semina apud omnes habent ad eos scilicet, qui tum renum, tum vesicæ calculis laborant, atque ad frangendos lapides in uesica cōcretos. Quod genus morbi ibi est familiarissimum, & quasi endimium, ex causis alias narratis. Mulieres radicis decoctum tum ad pueros variolis, atque morbillis correptos maxime sequuntur, tum ad se ipsas, ubi cupiunt interceptas menstruas purgationes rursum euocare. Sunt aliqui, qui pro secreto auxilio habent decoctum, ex seminibus modice contusis paratum, ad adiuuanda exantemata in febris pestilentibus, quas peticulas nostri appellant. Ad usum quoque vulnerum & ulcerum, non paruum apud eos, tota herba, præcipue radices, habent usum.

Aiunt radicem frigidam atque sicciam esse, tenuissimarumque partium. Quamobrem non desunt multi, qui ad mouendum sudorem eius decocto familiarisime utuntur.



MEIEM

MEIEM EL MSALIB.



*De Meliloto Aegyptio Alchimelech vocato.*

Cap. XL.

A L P I N V S.

**M**ELILOTVS, quo Aegyptij utuntur, semen minum est rotundū, subnigrum, declinans ad rubrum, odo ris nō omnino expers, sapore stiptico cum aliquo amarore. Planta, quæ ipsum producit, est parua herba supra terram expansa, modice repens, ferè nihil, aut paruum in altum se attolens, follis trifolijs siliquosis, minoribus tamen, floribusque paruis

## DE PLANTIS AEGYPTI

uis multis, longis, racemi modo ordinatis, croceis, odoratis, à quibus promanat siliquæ, parue, oblique, semē quale dictū est, continentes. Huius plantæ semina tantū apud illos in usu existunt. Quæ putat ij quoad calorē & frigiditatē esse temperata, sed siccari, resolute, ac stipticitate robore, ex quo ad hepatis tumores ipsorum usus apud illos est frequentissimus: quoniam sine aliqua relaxatione digerit, & resoluit. Ad omnes quoque dolores, quascumque corporis partes occupantes, fomentis ex ipsorum decocto utuntur, maxime ad pleuritum, peripneumoniam, & ad hepatis, coli, & ventriculi dolorem. quibus dolore vexatis, ipsorum decoctum ad libras in die calidum bibunt. Mulieres quoque uteri strangulationibus, flatibus, ac doloribus eo subueniunt, præsertimque ex eo etiā infestationibus paratis. quæ etiam fœnugreci, liniq; seminibus, partes, & camomeli floribus, efficacius ad illius, & aliarum partium duros tumores administratur, atque ad euocandos menses retentos. Ad roborandum ventriculum, & aperiendas obstructiones venarum decocto summe proficue utuntur. G V I L. Nunc ex te verum esse intelligo, apud Arabes meliloti usum esse seminum, quemadmodum Græci non semina, sed flores in usum admittunt. An vero hæc planta verus sit melilotus, aut potius ea, quam nostri lotum urbanum, atq; sertulam campanam (quæ est planta, magna fruticosa) appellant, alijs declarabimus, huic enim disputationi hic non videatur esse locus. Ego tamen hoc tantum dico, me libentius Aegyptiorum opinioni declinaturum.


Sed Ichonem nunc

apponito.



ALCHI-

## ALCHIMELECH, IDEST MELILOTVS.



De Kellù, psyllio, Melanthio, cappare, vrtica, solano, somnifero,  
coriandro, ocymo, lyosciamo albo, coryza, nuce  
methela, Secamone. Cap. XLII.

## A L P I N V S.

**P**ROPRIIS Aegypti à nobis hactenus cognitis plan-  
tis, nonnullæ communes pluribus alijs locis, priusquā  
hunc sermonem claudamus, prætermittendæ quidem  
non sunt; maximeque ex his, Kellù ab Aegyptijs uoca-  
ta planta, à quibusdam Antyllis, psyllium, Melanthium, capparis,  
urtica, solanum somniferum, coriandrum, ocymus goriophyllatus


O albus

## DE PLANTIS AEGYPTI

albus hyoscyamus, conyza, Stramonium, Secamone, ricinus. de his  
ipsis igitur aliquid commentemur. G V I L. Aliquid te de his  
scitu dignum dictorum puto. proinde ut lubet loquere. A L P I N.  
Kellù, nostri quoque Kalli, plantæ tres utique in Aegypto species  
aluntur, ex quibus omnibus combustis cineres fiunt, ad vitra, sapo  
nem, & alia multa. prima species eadem est planta cum ea, quam  
nostri Kalli geniculatum, appellant. Altera est, quam nonnulli  
album Kalli vocant, Tertiaque Aegyptijs magis propria, folijs con-  
stat paucis aiugè folijs proximis, sed ualde longioribus, uno caule-  
que nō omnino recto, à quo tres, quatuorue caulinuli exoriuntur,  
qui recte sursum feruntur, quilibetque ipsorum in cacumine ca-  
pum quinque aut plus folijs chamepythios proximis, at deorsum  
in arcum recurvatis, inclinantibus conflatum, à cuius medio floscu-  
li rosarum similes exurgunt multi. Hæ omnes plantæ salpæ, atque  
acri sapore linguam ferunt. G V I L A N D. Sine dubio vtrè-  
quæ hæ plantæ à te postremo descriptæ sub anthyllidis secundæ  
génere reponendæ sunt. Dioscorid. siquidem aiugam docens sic;  
scripsit: Herba in terra repens, incurua, folijs semper uiui minoris.  
” multo tenuioribus, hirsutis & pinguioribus, circum ramos densis  
” in capite vero de Antyllide ipsam aiugè folijs proximam esse sta-  
tuit. Sed sequere reliqua enarrare. A L P I N. Ex his sanè tribus  
Sole in primis exiccatis, & mox combustis cineres eæ parantur,  
quæ illinc Venetias conuehuntur ad uitram, atque alia conficien-  
da. Aiunt multi illorum folia trium harum plantarum, sed maxi-  
mæ secundæ atque tertiae Kalli, in puluerem redacta, per os sum-  
pta phlegma atque bilem exustam purgare. Idemque ex folijs ex-  
pressum succum facere.

KALLI.

K A L L I .



O 2 KALLI.

DE PLANTIS AEGYPTI

K A L L I . I I .



KALLI.



Psyllium copiosissime ibi prouenit. Cuius seminum apud eos  
vſus est, præsertimque mucilaginis ab ipsis parate cum aqua ro-  
facea, in omnibus febribus biliosis, ardentibus, inflammationibus-  
que pectoris, vti in pleuritide & peripneumonia. Sed extrahunt  
cum aqua hordei, & cum saecharo candido exhibent. In aqua  
rosacea extracta Psylly mucilagine ij utūtur in biliosis dyarrhœis,  
& disenterijs. ad externasq; omnes inflammatiōnes, emplasti ac fo-  
menti

## DE PLANTIS AEGYPTI

menti modo tum ex viridis plantę foliis, tum ex semenibus psyllij tota planta vtuntur. Quam plantam vocant Chetun . Nigella ibi etiam prouenit, quoad flores pulcherrimam, quando floribus maioribus, ac numerosioribus folijs præditis spectetur, eiusque semen in vſu est frequentissimo in pueris, ad necandos vermes, contusione seminibus cum aceto emplastri modo ad plures cutis infectiones vtuntur. Mulieres etiam, quæ non purgantur, eo si suffiantur, maxime iuuantur. vocantque hanc plantam suneg. Cappares Alexandriæ maiores quām alibi inueniantur, proueniunt, quos cappar quoque appellant. ex quibus cortices radicum in vſu habēt frequentissimo ad uermes necandos, ad mouendos menses, atque ad quoscunque tumores duros; præsertimque lienis sanandos, pro quo indurato membro, exhibent decoctū per os multis diebus, ex terius ex corticis puluere, & aceto facto emplastro, cui aliqui modicum mellis miscent, quo præsidio vtuntur ad cutis maculas, & infectiones, eas linientes. Alexandriæ Vrtica prima, quam ij vocant angiar, prouenit copiosissime, & proinde eius semina multos vſus ibi quoque habent, maximumque ad venerem excitandam, præsertimque in frigidis corporibus, si cum vino dulci bibantur. Non nulli ad idem ex semenibus ijs, radiceque buz: idam, ac melle componunt electuarium, cuius semuntiam quotidie sumūt. Vſum non minorem semina habēt ad pectoris, pulmonumque vitia, eius enim decocto cum melle parato in tuffi, anhelitus difficultate, orthopnæa, & peripneumonia à crasso frigidoque humore concitatis, familiarissime vtūtū farina quoque cum melle eclegmatis modo ad eadem mala, cuius vſum cum aceto emplastri modo ad omnes difficiles cutis pustulas sequuntur, & ad omnes maculas cutis eiusque infectiones, tumores duros non minus, præsertimque ad partidas. Mulieres nihil habent, quo valentius vterum calefaciant; mundent, atque ab obstructionibus sanent, quam vrticā, ex quo ad mouendos menses semen decocti, atque suffiti vſus est apud ipsas frequentissimus, maximeque addita myrrha. Cinere ex seminibus parato, ad omnia ulcera maligna & cäcrosa vtuntur. Solanum somniferum in Alexandriæ ruderibus copiosissime prouenit, sicq; crescit, ut magnus frutex appareat. Utuntur incole radicum corticibus ad dragmam puluerizatis cum aqua lactuce, vel solatri, sumentes ad somnum cōciliandum. Huius plantæ cortex non secusquam nux methi, sive stramonij semina, apud plures malos nomines, ut aliquid

aliquid mali faciant clam dum dormiunt, huius corticis in epulis ponunt. Folijs contusis emplastri modo ad calidas inflammations vtuntur, atque illito ex ipsorum succo fronte, temporibus, ac alijs partibus corporis in quibus pulsus sentiuntur, vel ijsdem contusis emplastri modo appositis, ad somnum familiarissime vtūtur. non minusque ad exustiones. Nux etiam Methel ibi nascitur, sed non vsq, adeo copiosa, vti solanum prædictum. estque verum Di- scoridis stramonium. vsusque plane eosdem habere ij aiunt, quos de solano somnifero diximus. Adeit quoque hyosciamus albus admodum à communi figura differens, nasciturque Cayri propè pyramides, solijs communis longè grandioribus, latioribus, crassioribus, & albidiōribus. Quo vtuntur nō secus quam stramoniō. Vbi que vero in viridarijs coriandrum prouenit copiosissimum, quod omnes Cusbarā appellāt. Herbeque virentis vsus in cibo est apud omnes Aegyptios familiarissimus. etenim ferculum non parant si- ne folijs coriandri, quamquā ingrate oleat. G V I L. Quid audio? non ne ij ipsum mandentes maxime lēduntur, & ab eius vsu in phrenesim labuntur? quod Dioscorides, Auicennas, tum multi alij tradidere. A L P I N. Ridiculum. quis vnquam vidit aliquē, coriandrōrū causa (quæ in vsu apud quosqne tum sanos, tum ægros familiarissimo existunt) lēsum fuisse, aut ei aliquos sensus turbatos, nisi immoderate eis fuerit vsus? Quid miraris? quasi eiusdē cum Galeno non sis sententia, qui coriandrum palidum, resoluēs ac modice adstringens statuit. non ne demonstrat Dioscorides vel hanc eius facultatem fateri cum dixerit, chæredas coriandro cum conimento sanari? Quod nunquam à frigidis frigidi tumores di- scutiantur, ac currentur; cum medicamenta alias à Dioscoride ad sanandos duros tumores chæredasque præsertim memoriae pro dita, calida facultate fuerint. Neque uidetur planè hoc siluisse Au- cena, cum dixerit, chæredas coriandro sanari, uel ex proprietate, quam ad illum sanandum tumorem habet, uel ex partium substan- tiæ tenuitate, qua per meat profundę tumidam partem. Sed quis ignorat nihil à frigido resolui, etsi multa fiat permeatio partis tu- mefactæ, sed omnia resoluentia calida esse? G V I L A N D. Verā sententiam recte defendisti, quam quis modo negabit, sciens ex te Aegyptios uirentem coriandri herbam in cibo sequi citram ali- quamnoxam? multo minus seminum siccatorum usus erit exinde timendus. Hincque errasse non parum Arabes liquido constabit

qui

## DE PLANTIS AEgypti

qui coriandro frigidam facultatē narcoticam, stuporem inducentē atque sensus turbationem concitātem, ac exitium tribuerit. Idem quē & de psyllio fuisse apud illos à te compertum est, quando psyllium pro ueneno à Dioscoride, atque alijs receptum, inoxie in febricitantibus frequenter non modicam ægrotis seminum mucaginem exhibentes. Herbā in aqua elixatam illi esitant. Sed ea multo plus semina ad roborandum stomachum ualere ii affirmant, debiles etenim uentriculos, usū seminū assiduo maxime roborant, eiusque calorem ipsa fouent, augent, flatusque resoluunt, ac discutiunt proindeque in colico dolore, atque alijs à flatulento spiritu concitatis usum seminum sequuntur: ipsis scilicet, uel in puluerem redditis, uel ex ipsis parato decocto, utentes. Quo uteri quoque frigiditatibus, & humiditatibus occurrunt. præsertimque ad menses immodice fluentes, & ad gonorrhēam firmandam, quod insit illi quoquā facultas adstringēdi, ex quo puto apud eos plantam quoq; em plasti modo, ad podagricos & alios articulorum dolores in maximo ibi esse usū, quōd eas partes adstrictione, ne humorem partes recipiant, roboret, atque etiam contētos resoluat, discutiat, uel exprimat. Ocymus ibi in uiridariis copiosissimus crescit ad altitudinem trium & plus cubitorum, foliis nostratis longioribus, tenuioribus, colore rubro suffusis, odoremque eximium spirantibus. Suauitate enim odoris nostris omnibus preferendus meritò uidetur, ob quem illi hanc plantam Rihau appellant, quod idem est, ac si dixeris, odorem, ita, ut hic ocymus præ odoris iucunditate eximia odor per excellentiam ab ijs uocetur. Qua planta odoris causa ij utuntur, medicos uero usus apud eos ipsa paucos habet, qui ab aliis multis perdocti sunt. Nascitur etiam sponte ibi quedam planta repēs, altius saliens, seque aliis arboribus conuoluēs, foliis duris longis, Seseli Athiopici proximis, sed maioribus. Flores fert albos styracis similes, à quibus producuntur siliquæ; longæ ac crassæ, quales in ulcododendro cernuntur, plenæ lanugine alba, ac seminibus paruis. ex hac planta succus, manat flauus, urens quem siccatum Aegyptij ualenter tenues humores purgare, aiunt. Hanc illi esse scammonij speciem affirmant, quā sechamoniè appellant cuius tamen nullus usus in medicina apud eos noui. G V I L. Fortasse hanc plantam esse Apocynum Diosceridis affirmare poterimus. Cum illiusce notæ, notis à Dioscoride traditis conuenire consipiatur, caque fortasse putanda, quam aliquis è Syria uenisse, peri-

plocain

plocam uocatam, prodiderunt. At verum apocynum nunc in Italia cognitum est.

## SECAMONE.



## DE PLANTIS AEGYPTI

Fenugreci germina mox è seminibus erumpentia . ex ipsisque statim proslientia plebei comedunt , præfertimque mulieres,pinguifieri cupientes, per urbem multas massas terræ, plenas seminum recenter productis germinibus vendendas ij ferunt . Plures aliæ sunt plantæ ibi nascentes, quæ cum pluribus alijs locis communes existant, non est de ipsis à nobis amplius sermo proferendus . Sed iam de medicina apud illos populos usitata, sermonem,de qua platis illis in locis nascentibus claudere debemus; cum nihil supersit dicendum.

*De plantis per iter obseruatis.*

Cap. XLIII.

G V I L A N D I N V S.

**B**LVRIMAS gratias tibi rescro, quod tantum labore haetenus mea causa sustuleris. Nihilominus ne aliquid omittamus , quod vtile ad hanc historiam iudicem,cuperem,antequam nos huic sermoni planè finem imponamus, ut de plantis etiam per iter olim in Aegyptum à te nauigando varijs in locis obseruatis,aliquid diceres . ALPIN. Non arbitror te ignorare,nostro olim audito itinere, parum temporis mihi per iter illud concessum fuisse , ad indagandas illorum locorum plantas:veruntamen , quas tunc uiderim, quamquam neque tuis doctissimis auribus satis dignas eas existimem, referre etiam nunc non recusabo. Memini me rhabarbari plantam Cocyræ inspexisse,in antiqui illiusce propugnaculi quodam viridario . quam quidam ex Syria illuc naui aduectam habuerat : quique ipsam à viro Persa Trypolim olim fuisse adductam etiam affirmabat. Quę planta plane folijs rumici uisa est proxima , quæ tamen erant latiora, crassiora,lanugineque quadam alba obsita . In illa eadem insula inueni Cyperi radices lōgas ad modum odoratas, & Chamedrī arboream , duorum fere cubitorum altitudine propè Butrintum, viuentem,quæ folia duplo & triplo Italicas maiora habebat . Zucchini oxalidem,qua eius insulæ pharmacopæi ad medicinam utebantur,inspexi , admodum à nostris oxalidis omnibus diuersam, quippè exilis herba ipsi est, folijs paruis, crassis , oblongis, calthæ foliorum æmulis,gustū non minus quam nostra acido sapore ferit. Ibi quoque crescit acacia secunda Mattheoli,quam ego florentem

m:se

mēse Februario inspexi folijs, floribusque minoris anagyridis proximis, quæ gustata, sapore adstringenti feriunt, paucisque tamen ac mollibus spinis obsita. Neque arbitror esse ueram acaciam, quā in Capadocia & Ponto nasci Dioscorides prodiderat, quod minime conuenire cum prima acacia, seu spina Aegyptia videatur. Aliud agnoui in illa insula, quippe similacem asperam esse veram salsam parillam, qua medici vtuntur ad sanandam lucem gallicam. **G V I L A N D.** Copiosius quoque hanc plantam in quampluribus Italiæ locis nasci scio, quare istud, quod ibi didicisti, nouum apud me non est. **A L P I N.** Verum dicis, etenim ipsam alias in multis aliis locis offendoram ac obseruaueram, verum perpetuo, an esset salsaparilla, anceps, ac dubius fui. In hac vero insula ea spectata, clarius cognoui veram eam vtique esse. **G V I L A N D.** Quam ombrem in Italiæ locis cum eandem ipsam spectaueris, eiusdem non fuisti sententiae, scilicet eam esse salsam parillam. **A L P I N.** Quoniam omnes similaces asperæ, quas hactenus uideram, exiles admodum breuesque, ac capillares radices habebant, sed quam in Zacynto insula uideram, longas, crassas, asportatis Hyspania radicibus salsæ parillæ omnino similes. Quo pæcto uero has agnouerim, tibi iam explicabo. Ego enim, ut ocium diuturnè moræ effugerem, forte fortuna collei illiusce insulæ perreptans, in valle quadam ad sæpem oculos conieci, lenthiscis ac multis asperis similacibus contextam, cuius ab radicibus omnibus terram impetuosa torrentis aqua sic abduxerat, ut illarum plantarum sepem texentium omnes radices, non secusquam venæ arteriæ, & nerui humani corporis à carne separati, nudæ conspicerentur. Similacesque asperæ longos sanè serpentes imitatae, alijsque radicibus conuolutæ, mira longitudine, ac crassitie mihi se obtulerunt. ita ut quasdam illarum duorum, & amplius cubitorum longitudine, & crassitate communium salsæ parillæ radicum inspexerim, ex quo continuo eas salsæ parillæ radices esse iudicau. Et dum hæc simul cum alijs, qui una ibi me cum aderant, considero, augurium contingit opportunissimum. Nam ex tranfeunte Græco homine eius loci accola; & agricola, peto, quomodo ibi illa planta appellaretur, qui respondit, similachiam nuncupari, ipsamque in usum apud ipsos esse procuranda Gallica lue: ex quibus uerbis exploratus eam considerans, uideo radices eius longissimas & crassas, eadem substantia

## DE PLANTIS AEGYPTI

tia præditas, nullumque præferre saporem, uti radices falsæ parillæ: ex quibus colligo statim, smilacem illam asperam ueram esse salfam parillam. pharmacopola eius loci multum lucri se fecisse his radicibus nobis affirmauit, quod sëpe harum radicum ibi collectarum multos fasces collegerit, & in alia loca miserit, quas pro veris falsæ parillæ radicibus sëpiissime vendiderat. Quam mercaturam clam agebat, ne eam plantam alij discerent. Addo Cayri me in falsæ parillæ fascibus ex Hyspania asportatis uidisse, frustra radicum nodosarum, vel geniculatarū asperæ smilacis, à quibus procedunt radices, quibus medendo nos utimur, cum folijs eiusdem plantæ, tum ramulis spinosis, sic manifeste, ut nemo, qui viderit, eos fasces falsæ parellæ, esse ex smilace aspera selectos, ne gare potuisset hanc plantam eandem esse cum falsaparilla.

**G V I L A N D.** Placuit multum mihi, te veritatem de smilace aspera probè agnouisse, cuius quidem sententiæ non solum me sed quamplures alios fuisse tibi persuadeas volo, in primisque Gabrielem Falloppium, herbarum materiæ doctissimum, qui in libello de morbo Gallico, in capite de falsaparilla hęc prodidit. Alias credebam esse radicem ebuli, & perstisti in ea sententia plurimis diebus, donec Hispanus ad Ducem Florentiam integrum asportauit plantam, & hinc patuit error meus, & uidi esse radicem smilacis asperæ. de qua Diocorides libro quarto, & scriptores antiqui mentionem fecere. Quod magis confirmaui experientia, nam cum in monte Sancti Iuliani Pilis vidissem smilacem asperam, curauimus effodiendam, & semper usum sum loco falsæ parillæ, & per biennium illud, quo ibi fui, semper cum felici successu plurimos à lue Galli ca liberaui. Quam etiam sententiam confirmat Amatus Lusitanus medicus, quamvis Hebreus, non spernendus in libro quinto, suarū centuriarum. Quare te hac de re euahi non oportet, quando alij ante te multi eam nouerint. Sed quomodo afferere possumus eius insulæ smilacem, probè salfam parillam delineatam demonstrare, minimeque illam, quam Italix loca ferunt atque alunt. Quod tamen fieri putoterrę, qua ipsa serpit, diuersitate, etenim in duro solo sicco, & squalido effossam smilacem videbimus radices minores, gracilioresque falsaparilla habere, & in mollissimo solo, quod in eo facile queant serpere, longiores, crassioresque, falsæ parillæ planè proximas. Ea siquidem smilacis planta, quam in ea insula solum cum in illis locis diuersarer, inspexi, solo mollissimo, pingui-

ac humido nutriebatur, ex quo mirum non est, si longis, crassisque radicibus fuit inuēta; in sicco vero duro, neque in tibus, terræ duritie obſiſtente, radicibus libere ſerpere ac meare, ſmilax aspera radicibus breuioribus, tenuioribusque apparebit. Quales à me obſeruatæ fuere in Zacynthi insulæ, Corcyrae, Cretæque locis ſaxofis & durioribus. Addo multos decipi in agnoscenda ſalsa parilla ex ſmilace aspera, non omnes ſmilacis, ſalſæ quæ radices animaduertentes, ac obſeruantes. Etenim in aspera ſmilace duæ radicū differentiæ ſpectantur. Ipsiſ ſiquidem in primis ex ſtipite radices procedentes habet albas, rotundas, nodofas, digiti crassitie, canuſlis paruis perſimiles, que ſanè radices non admodum longæ exiſtunt. ex quarum geniculis vel nodis aliae proficiſcuntur atque exiliunt à primis planè diuerſe, in duroque ſolo parue, breues, tenuesque, non ſecus quam capillamenta quepiam cernuntur. atque in molli longæ, crassæ, quales in ſalsa parilla, inueniuntur. Ex qno apparet radicum ſmilacis differentia, quæ itidem in ſalſæ parillæ planta ex Hispania aduecta facile obſeruatur ac reperitur, adeo ut, queque harum plantarum habeat primas radices à ſtipite ſtam proceſſantes albas, nodis equalibus interuallis diſtinctas, canis proximas, non tamen intus peruias, ſed plenas, digiti minoris crassitie, refertas, & ſecundas ab harum nodis vti capillamenta exilientes ac exeunteſ, longas, primis graciliores, et quales, nodis carentes, ſiue non geniculatas. Qui itaque negant ſmilacem asperam veram eſſe ſalſam parillam, dicunt radices utriusque plantæ eſſe inter ſe differentes, forma quippe ac etiam magnitudine, forma quidem, quoniam ſmilacis tantum primas radices nodofas albas, breues, crassas ſpectantes, ſecundis à primarum nodis naſcentibus longis, gracilibus, non nodofis, equalibus comparantes, manifestissimam inter has differentiam faciunt. quam conſiſtant etiam ex eo, quod prime crassæ, & breues, heque graciles, longe exiſtant. Errant quidem iſti non recte radices inuicem, ut pareſſet compa- rantes, quoniam ſi radices ſalſæ parillæ graciles longas, que ſunt ſe- cundæ radices, non primis ſmilacis asperæ crassis, nodofis, candi- dis, breuibus, ac ſecundis à nodis primarum naſcentibus compa- raffent, ſine dubio nullam differentiam inueniſſent, hac excepta, quod ſmilacis radices ſecundæ, ſalſæ parillæ radicibus breuioribus graciliores loci cauſa obſeruantur. Quam differentiam ſoli terre- ue mollitie, & duritie ratione, vel ciuſdem diuerſitate, ac fortaffe

etiam


## DE PLANTIS AEGYPTI

etiam cęlocalidiori fieri nobis persuasum est. In duro enim solo  
atque in frigidiori cęlo radices non ita crescunt, & crassescunt.  
**A L P I N.** Veritatem attigisti, atque istae omnia ad radicum simi-  
lacis attinentia à te prodita, ego oculatim in Zacynthi Insula sedu-  
lo obseruaui, atque cognoui. Quę veritas ex plantę e uiuo deli-  
neata ichone planè clara clucesceret, in quo vtræque tum primę ra-  
dices nodosę, crasse, breues, tum secundę alię ab harum nodis na-  
scentes, longe graciles, & quales sine geniculis manifestissime specta-  
ri possunt. **G V I L A N D.** Ex visa similacis huius Ichone, at-  
que ex ijs, quę tu de ipsa haecus dixisti, facile eam similacem,  
quam tu in Zacynthi Insula nasci prodidisti, esse à  
smilace aspera Ita'ę in locis inuenta multum  
differentem, cognoscitur, rum ex folijs bre-  
vioribus, tum ex diuersa foliorum fi-  
gura, tum multo magis ex radi-  
cibus illis nodosis, quę in  
alijs smilacibus aspe-  
ris non inue-  
niuntur.



**SMILAX**

SMILAX ASPERA.



Perge

## DE PLANTIS AEGYPTI

Perge modo reliquarum à te conspectarum plantarum narrationem ac hystoriam absoluere, cum nobis de hac planta nihil dubij relictum sit, quin credamus ipsam veram esse salsamperillam. ALPIN. In Creta insula inter alias plantas ibi Thymū, thymbram, epythimum, marum, ladanum, aspalathum, styracem offendit. Thymum ytrumque vidi, quippe magnum ac paruum, magnum est planta farmentosa folijs satureiē proximis, sed aliqua tenuis asperioribus, latioribus, & viridioribus, sapore valde acri ac odorato: quam plantam falso multi tragoriganum esse Dioscoridis statuunt. thymus secundus minoribus folijs, tenuioribus, albiis que totae Italiē est notissimus. Tymbra est planta in Creta Insula nascens copiosissima, similis thymo maiori, ramulis duris lignosis, folijs thymi latioribus, mollioribus, herbacei coloris, non ordinatim, ut aliqui prodiderunt, nascientibus: neque inter hęc alia foliola nascuntur. ex qua planta communiter pro secunda thymbra delineata, non veram esse coniicitur, quam ibi vidi cum epythimo, admodum differentem. Epythimum vero in loco eius Insulę Fraschya vocato, cuscute modo, thymo, thymbrę, atque alijs plantis conuolutum inueni. ex quo falsum esse duas esse epithymi species, dignoui, quippe unam thimi florem, atque secundam capillarem hanc herbam cuscute emulam: Epithymum nanque nigram bilem purgare omnes affirmant, thymi vero flores id præstare nemo dicet. Aliqui ex Cretensibus aiunt epithymum, atque epithymbram purgare sanguinem calore exustum, multosque inter se differentes morbos ex illius capillaris herbe supra varias plantas inuentę usu sanari. etenim, quę origano conuoluta collecta est, morbis omnibus purgatione conducere affirmant, quibus origanum per se solum subuenire competentum est. sive in alijs plantis repertam & ab ipsis exceptam uel collectam, vim habere purgandi humores, ē quibus concitatis morbis hęc plantę succurrere, atque auxiliari facultate solent. Marum apud aliquos Cretenses vidi, nostro amaraco planè simile. et si tamen gracilioribus, minoribus, asperioribusque folijs amaraco constet, multoqué nostro amaraco sit odoratior, & præstantior, quam plantam, sylvestre amaracum, & non marum nuncupandam iudico. Plantam uero, ex qua ladanum Cretenses colligunt plane differentē ab ea, quam haec tenus fere omnes prodidere, in spexi, Hęc siquidē Cysto sœminę persimilis est, folijs tamen cysti

lon-

Iongioribns prædita, saluiæque proximis. Floresque fert sylvestris  
bus rosis omnino similes, qui roseo etiam colore, quippe commu-  
nium rosarum suffici spectantur. Quæ planta à cysto fœmina flo-  
rum tantum magnitudine differre uidetur. Deceptusque fuit  
Matheolus Dioscoride dicente, ladanum esse cysti genus longio-  
ribus folijs nigrioribusque refertum. quæ notæ in cysto, ex quo  
Cretenses ladanum colligunt, utique omnes obseruantur. quando  
hæc planta omnino cysto fœminæ sit similis, cum ijsdem folijs flo-  
ribusq; spectetur, et si maioribus. Aspalathum, etiam ut aliæ quo-  
que dictum est, copiosissimum propè Fraschya portum in quodā  
colle uirentem atque florentem sëpe inspxi, odorisque eximia sua  
uitas ex huiusc plantæ floribus ad me delata, fuit in causa, ut ip-  
sum agnouerim. Quæ planta est frutex densis ramis, spinis albis du-  
ris horridis cortice caudicis albo, ad trium cubitorum & plus al-  
titudinem in altum assurgens. floribus multis paruis, croceis spar-  
tij similibus, sed summe odoratis. Huius arbusti radices duræ, lon-  
gæ crassæ, colore flavo, atque cortice summe odorato tunc tempo-  
ris à me fuere obseruatae. Multasque meus pharmacopæus decer-  
psit, Cayrumque ad usum medicinæ meo iussu detulit. Plures styra-  
cis arbores ibi quoque inspxi prope illius loci riuum virëtes, qua-  
rum multas mecum in Aegypto detuli. Quo in loco cœli causa  
non vixerunt. Sed quid te amplius de eius Insulæ plantis, tibi plus  
quam mihi notissimis? Quæ enim Greci pars nunc est, quam tu  
plantarum desiderio sëpius non peragraueris? Et hec de plantis  
Aegypti à nobis dicta sufficient. Quibus absolutis ad alia transun-  
dum est, & fortasse ad studium de ambiguis nonnullis simplicibus  
medicamentis agnoscendis, sëpe à me desideratum. Diu enim  
summopere desiderauit inter nos absolutissimam de omnibus pri-  
scorum medicorum usitatis medicamentis simplicibus, quæ hacte-  
nus apud plerosque nostrorum medicorum dubia habentur, habe-  
ri disputationem. **G V I L A N D.** Iam historiam de Aegyptio-  
rum tum usitata medicina, tum plantis illis in locis nascentibus fi-  
nem habuisse video. quæ de re, ac de isto mea causa suscepto labo-  
re, tibi ego plurimum dum viuam debebo. maximeque nunc ti-  
bi à me agendæ sunt gratiæ, perpetuoque habendæ. Disputatio ve-  
ro à te de simplicium medicamentorum, dubij aliquid penè no-  
stros medicos habentium, ratione proposita, dignissima sanè vide-  
tur, quæ à nobis perpendatur. Hoc tamen in presentia faciendum

Q non

## DE PLANTIS AEGYPTI

non puto: Sole enim iam ad Antipodes descendente, parum huius diei nobis supereft. Quamobrem sermo hic in aliud tempus nobis accommodatius, remittendus est. Interim nos metipfos paullum à labore laxabimus, quietis ac ocij aliquantulum animis concedentes. Quamprimum tamen tempus opportunum ad eum sermonem tibi videbitur, ad me redibis, ut hac de re aliquid dignum commentemur. ALPINVS. Ita faciam, sed antequam nox ingruat, me domum redire consultius est.

Vale atque me, vt foles, amato. GVILAND.

Vbi mecum manere non est animus, vt lubet,  
hinc discede. Interim mei semper esto  
memor, tibique me esse addictissi-  
mum, atque tui obseruan-  
tissimum, scias velim.  
i fœlix.

FINIS LIBRI DE PLANTIS.

PROSPERI  
ALPINI  
DE BALSAMO,  
DIALOGVS.

IN QVO VERISSIMA BALSAMI  
plantæ, opobalsami, carpobalsami, & xilobalsami  
cognitio, plerisque antiquorum atque iuniorum  
medicorum occulta, nunc elucefecit.


AD ILLVSTRISSIMOS  
ET SAPIENTISSIMOS  
Patauinæ Academiæ Curatores.



VENETIIS, M. D. XCII.

Apud Franciscum de Francis Senensem.





ILLVSTRISSIMIS  
AC SAPIENTISSIMIS  
SENATORIBVS  
FRANCISCO PRIOLO DIVI MARCI  
P R O C V R A T O R I,  
Zachariæ Contareno,  
AC LEONARDO DONATO EQVITI  
& Diui Marci Procuratori.

*Patauinæ Academiæ Curatoribus.*



PROSPER ALPINVS. S. D.

**A**NTAE laudis Senatores Illusterrimi,  
balsami plantam apud antiquos iunioresq;  
medicos fuisse legimus, vt eius oleum, seu  
succus, ( quem opobalsamum Græci appellant ) in toto terrarum orbe, vt diuinum  
quoddam auxilium habuus atque celebra-  
tus fuerit. Vulgus etiam rem aliquam vehementer ad sanita-  
tem accommodatam, balsamum vocare solet. Et quidem nihil  
in uniuersa simplicium medicamentorum sylua præstantius, &  
dignius inueniri produm est: neque id hercle immeruð. Qui-  
bus

bus enim in arte medendi versatis ad ulcera, vulnera q; sananda  
illius virtus est ignota? quantum lethalibus venenis, scorpio-  
numq; iclibus, & viperarum morsibus obsistat? Quibus etiam  
huius succi nobilitas, in peste, pestiferisq; febribus arcendis mi-  
ra efficacia est occulta? quandoquidem regum corpora eo olim im-  
putria seruari multorum testimonio constet. non ne putridæ fe-  
bres saepe sunt hoc adempta præsidio? Quid? non ne ex balsamo  
hominis corpus à cute ad viscera usq; iuuari experientia docuit?  
Mulieres eo sibi illitam faciem pulcherrimam efficiunt, obortasq;  
in cute rugas abigunt. Atque hinc iuuentutem diu seruari vul-  
gatissimum est. Et ut paucis rem colligam, ac perstringam, ca-  
put, stomachum, hepar, lienem, mesentereum, pulmones, renes, ve-  
sicam, uterus, spinam, nervos, musculos, articulosq; omnes pluri-  
mum iuuat. Etenim obortam oculorum caliginem abstergit, vi-  
sumq; vitiatum, vel deperditum restituit; aures dolentes, & in ip-  
sis tinnitus sanat. Præterea conuulsis, epilepticis, vertigino-  
sis, resolutis, atque trementibus mirum in modum prodest: tum  
respirandi difficultati, tussi, orthopnææ, pulmonum frigiditati-  
bus, fluxionibus, & doloribus subuenit. Stomachi calorem  
valde fouet, auget, atque roborat, & i circa eius cruditatibus,  
ac flatibus à diminuto calore excitatis, præsentaneum est auxi-  
lium. Meseraicarum vero à iecore, ac liene venarum obstru-  
ctiones aufert, regiumq; morbum curat. Interceptam saepe urinam  
prouocat, calculosq; valenter frangit, & ipsos à renibus  
abstergit, atque per urinam expellit. Uterum magis, quam cæ-  
tera membra respicit, atque omnibus eius à frigiditate obortis  
malis præstantissime succurrit; Menses cit, partus, se-  
cundasq; educit, præfocationibus, & flatibus tutò medetur.  
Et quod non minus a multis desiderari, atque expeti solet,  
fæminam ijsdem ex causis effectam sterilem, fœcundam reddit.  
Cumq; tam eximiæ balsami dotes existant, ab antiquis etiam præ  
clarissimis medicis olim memoria traditæ, mirum non est tantope  
re

re Romanis Imperatoribus Vespasianis caram cam arborem extitisse, eiusq; causa ab ipsis cum Iudeis aliquando dimicatum fuisse. Maximum usum in medicina habuisse succum, fructus, ac ligna apud omnes liquido constat. Perficit enim multorum antidotorum compositiones, praesertimq; Theriacam, atque Mithridatum, quae a nostris, eo sublato, non sine artis dedecore parantur. Cum hæc aliquando hic inueniri posse ignorent, audacissimeq; oblatum saepe ipsis huius arboris verum succum, fructus & ligna, vera esse negent. Non possum igitur non multum præsentem balsami calamitatem cum huiuscem temporis medicis dolere; cum & si in multa Italiæ loca ex Aegypto, ac Syria huiuscem plantæ succus, fructus, lignaq; nunc vere comportentur, hæc tamen agnoscere nostri medici renuant. quinimo plerique affirment hoc tempore veram balsami plantam nusquam gentium inueniri, minimeq; eius succum, fructus, & virgas (que opobalsamum, carpobalsamum, & xilobalsamum Græci appellant) ad nos veras comportari. Atque horum alij afferunt fieri quidem non posse, ut ueri opobalsami satis, cuius quantitas non pauca saepe in his locis circumfertur, inueniatur, cum Aegyptus, ac Syria balsami plantis omnium consensu nunc careant. quando etiam priscis saeculis ex tota Aegypto multis ijsdem plantis referta, modicum quippiam illiusce liquoris haberetur. Alij ex Fœlici Arabia hac illum delatum scientes, syncerum esse opobalsamum negant, afferentes solum Aegyptum, ac Syriam illum olim habuisse, neque alibi inuentum plantarum scriptores prodidisse. Hisq; rationibus persuasum est eis, syncerum opobalsamum his temporibus non reperiri, quod si aliquando sibi à quibusdam ex Aegypto, uel Syria uenientibus offeratur, eos irridentes, negant uerum esse, atque à se reiçint, & in parandis Theriaca, Mithridatio, & alijs nobilissimis compositis, eo haudquaquam uti volunt. Quod ego cum mea quidem sententia pessime, ac non si re artis magno dedecore ab ijs factum iudicauerim, cumque ad nos legitimi-

mum succum arboris, quæ à prisca herbarijs balsamus appellata est, ligna atque fructus ex pluribus locis asportari certò sciam, non potui non summopere istorum ignoraniam, ac errorem summum admirari, & huic eos erroris adductis rationibus redarguere, cum præsertim medicos omnes Aegyptios, Arabes, & Syrios eundem succum, fructusq; eosdem, atque eadem ligna uno omnium consensu, citra ullam contradictionem, vel hæsitationem in componenda Theriaca, Mithridatij, aliisque nobilibus antidotis, commendare, atque arripere cognouerim; qui alii nunquam fuisse opobalsamum, neque alios fructus, aut alia ligna ad medicinæ usum recepta, atque apud illos usitata affirmant. An verò quis Aegyptios, Syris, & Arabibus in corundem medicamentorum cognitione, usu, & experientia præferendos contendet Italos nostros? qui neque locum, in quo arbustulum vixerit, neque alibi illum vivere inspexerint? an potius illis credendum erit, qui in eodem loco cum istac planta multos annos vixere, & illam sæpesæpius tum viderunt, tum sedulo obseruarunt? Quando etiam primi Balessam plantam eam nominarint. Quo nomine alij omnes & Græci & Latini libentissime usi sunt. Cum igitur illi Italis, cæterisq; omnibus nationibus in huiusc plantæ, succi, fructuum, & virgarum cognitione iure præferantur, atque hec vera ab ipsis credantur; & pro legitimis, ac veris ad omnia componenda medicamenta utantur, succumq; ex Aegypto, vel Syria huc aduectum, nobisq; interdum oblatum, uerum opobalsamum esse affirment: Cur & nos iisdem uti, atque in medicinæ usum eadem recipere recusemus, potius quam aliud pro ipsis ad componenda medicamenta substituere? Hinc que multi mirari non debent, si Theriaca, Mithridatumq; huiusc temporis antiquam amplius illam præstantiam, ac nobilitatem non retineant, neque eximiæ illæ uires à seniore Andromacho decantatae conseruentur.

Hac

Hac fidens ēstu per rura vagabere Cæsar

In Lybico quamuis progrediare solo.

Quis enim medicorum erit, qui à viperis, Aegyptijsq; cum aspidibus, tum scorpionibus, vel ab alijs huiusmodi serpentibus demorsos sola Theriaca, vel Mithridatio curare hac ætate confidat? vel horum spe aconitum, vel napellum, uel toxicum innoxie assūmere audeat? Unde est, quod Theriaca vel à nostris omni cura, ac diligentia confecta magnis illis careat omnino dotibus? Nisi quia antidotus hæc multa desiderat ingredientia, quibus antiquis illis temporibus parabatur. Inter quæ principem sanè locum obtinent opobalsamum, carpobalsamum, atque xilobalsamum, quorum loco nostri pharmacopolæ alia medicamenta substituunt. Quamobrem multi Aegyptiacam Theriacam longe præstantiorem prædicant, quod vera, ac recentia nuper dicta medicamenta in eius compositione recipiantur. Id igitur ego, cum in Aegypto aliquot annos medicinæ causa moratus, animaduertissem vereq; cognouisset, vera illa medicamenta ad nos ex ijs locis non raro asportari, quæ à nostris non sine componendo. rum medicamentorū ingenti iactura ab usu medicinæ reijciuntur, falsaq; uel adulterata esse dicuntur, Decreui ueritatis cognoscenda studio, de balsami planta, succo, fructibus, & uirgis, quæ sunt ad medicinæ usum à ueteribus medicis litteris tradita, atq; nunc apud nostros ferè obsoleta, librum olim in Aegypto conscriptum, quo omnium istorum cognitio comprehenditur, vobis Illustriſſimis, ac Sapientiſſimis uiris legendum ac spectandum dicare; Ex quo, balsami ueritate perspecta ac cognita, operam detis, ut hæc præclara medicamenta; uestra omnium opera, ac auctoritate ab omnibus medicinæ amatoribus dignoscantur, atque in pristinum medicinæ usum reuocentur: Anno salutis humanae.


M. D. XCII.

# PROSPER ALPINVS LECTORI.



**V**LTO S ab hinc annos in Aegypto medicinae causa moratus, nonnullos libros de illiusce gentis tum usitata medicina, tum plantis conscripsoram; præsertimq; de balsamo dialogum, ex quo arboris, succi, fructuum, virgarumq; veritas hactenus plerisq; medicis, & pharmacopolis obscura, cognoscetur, claraq; elucet. Quos omnes sane libros simul in lucem prodere cogitabam. At hortatu quorundam amicorum, qui me aliorum librorum editionem non ita breui tempore publicaturum putarent, sententiam mutavi, maximeq; nonnullis doctissimis pharmacopolis obnixe suadentibus, qui Theriacam, Mithridatiumq; nunc paraturi, ab Excellentissimo huius inclytæ urbis medicorum Collegio veri opobalsami, carpo balsami, & xilobalsami veritatem, & historiam agnosci exoptant, ut his ad prædicta paranda medicamenta, atq; ad alia libere uti possent. Non immerito Theriacam Mithridatiumq; his ablatis ab antiqua sua excellentia, non parum deficere dubitantes. Ne itaque istorum desiderio me obsequi nolle uidear, libellum hunc prius emittere non sum veritus. Hancq; huius celeris editionis causam Candide lector ueram esse putato. Interim libros alios de medicina Aegyptiorum uocatos (si modo hunc meum libellum medicinæ studiosis aliquo pacto arrisisse intellexero) propediem in lucem uenturos expectabis. Tuq; etiam quo animo ego balsami disputationem hanc ueritatis tantum agnoscendæ studio, atque iuuandi desiderio sum prosecutus, eodem legendam accipies. Vale.

PRO.



PROSPERI  
ALPINI  
DE BALSAMO DIALOGVS.



DE BALSAMI PLANTÆ, SVCCO,  
*fructibus, & virgis esse loquendum.* Cap. I.

ABDELLA Medicus Aegyptius, ABDACHIM,  
Hebreus, & ALPINVS Italus.



VEM ego nunc hominem conspicio per  
hoc viridarium el Mattharia gressus mouen-  
tem? is certe meis oculis Abdachim Medi-  
cus videtur, vir honestissimis moribus ( quam  
uis Hebreus ) præditus, mihique multum fa-  
miliaris: eum igitur conueniam, & salutabo.  
Salue Abdachim, Quam diluculò hoc viri-  
darium es ingressus; Quid tibi vero negotij est, ut tam summo ma-  
ne huc te recipias. ABDACH. Te nunc huc conuenisse, valde  
lætor, quando iam diu te exoptauerim videre, ac tecum colloqui,  
Tibi optata hæc sit dies, Ego ut viridarij huius amœnitate, suauis-  
fimoque florum cassiarum odore, auraque matutina frigidiuscula  
me aliquantulum recrearem, huc accesseram. ABDEL. Cur  
vero viridarij istius plantas vndique obseruas, neque te humili stra-  
tum sub ficus huius Aegyptiæ latissimis ramis conspicio, ut quie-  
tius ita tum animum, tum etiam corpus recreares. ABDACH.

R 2 Oculos

## DE B A L S A M O

Oculos hinc inde dimouebam, si aliquam balsami plantam viuentem potuissem inspicere, cuius odore eximio olfactu animales spiritus delectassent, quas custodum negligentia exaruisse comperi, quod satis ægre patior, plurimumque me tēdet hoc viridarium illicis nunc carere plantis, multumque ornamenti hac de causa hic de esse videtur. A B D E L. Ne te ob id excrucies, quandoquidem sēpe aliās aliunde asportatæ, atque hic insertæ plantæ perierint, quæ nunc fortasse, alijs adhuc iussu præfecti aduectis, citò renouabuntur, ut sēpe aliās factum est. Sed quem video ad nos venientem? An Alpinus Veneti Consulis Medicus? ABDACH. Ipse est, cui nos obuiam ire honestum est, quod humanus hic sanè vir est, atque affabilis. A B D E L. Quid istud est Alpine, quod nos te hic nunc offendimus? tuus aduentus pluribus de causis est nobis iucundissimus. A L P I N. Viridarium hoc spectandi gratia huc me contuli, vobisque pro vestra erga me humanitate, plurimum debeo, neque parum gaudeo, quod ambos vos hic offenserim, iam diu enim uos videre desiderabam, nec immerito, cum vos pluribus nominibus tantopere obseruem, Neque est quod vestram ego nunc in arte medica doctrinam coram extollam, neque quantum à vobis in ea profecerim, vel didicerim: A B D E L. Bonus es cum haec existimas, vt cumque res se habeat, à te amari nos summopere expetimus. A L P I N. Gratias habeo, sed timo ne importuno meo aduentu iam cæptos vestros sermones in terturbem: eorum tamen, & vestræ iucundissimæ consuetudinis suffici particeps mihi liceret, mirum in modum meus hic aduentus in ihi uoluptati foret. A B D E L. Gratissimum nobis erit, nunc tecum vir doctissime colloqui, à quo pro tua doctrina plurimum nostros sermones claritatis recepturos sperabimus. A L P I N. Vobis gratiam habeo. Quid istud autem est, de quo sermonem institueratis. A B D A C H. De balsami planta, quam in hoc viridario aruisse comperi, inter nos commentabamur, Cuius iacturam mihi ægre ferenti Abdella noster in plantarum materia exercitatissimus, animū restituit, multas è Mecha olim etiam plures delatas huc, insitasque fuisse, & planè reuixisse narrans, atque etiam hoc modo sēpe balsami plantas renouatas fuisse, ut sperandum sit, nunc etiam præfecti Aegypti iussi, ubi ad illius aures harum iactura aliquando peruenierit, denuo instaurari posse. A L P I N. Quid audio? illas plantas huic aliunde fuisse asportatas, eo-

que modo perpetuò instauratas? quasi Aegyptus illis proprium solum non fuerit. non in sermonem inanem spero me nunc incidere, de balsamo incæptum: de quo non pauca uobiscum loqui iam diu desiderauī, quæ si vobis nunc grata fore putarem, libenter proponerem. A B D E L. Gratam nobis rem facies si hac de re disputationem aliquam promoueris: ex qua plurimum emolumēti pro tua doctrina, atque humanitate nos esse consecuturos speramus, proinde quicquid est, quod à nobis scire velis, nunc in medium profer. A L P I N. Multum vobis pro hac re debeo, veterumque Aegyptiorum sapientiam & humanitatem agnosco. Verum ne longius verbis rem producam, de balsami planta, succo, fructibus, lignis nunc uobiscum disputare desidero, quando ego hactenus scriptorum uarietate anceps, ac dubius fuerim. A B D A C H. Neminem Aegyptiorum, uel Arabum esse nunc arbitror nostro Abdella in re plantaria magis uersatum: pluribus ijsdem plantis ab eo cum hic, sum alibi inspectis, ac omni studio obseruatis, sed ut de hac re clarissim dissenseramus, in capita redigere te oportet, de quibus sit sigillatim dissendum. Quare istæc omnia nunc in medium profer. A L P I N. Dicendum à uobis primo censeo, an balsami planta hoc tempore alicubi uiuat, quando in hoc uiridario, in quò hactenus à priscis illis temporibus usque adhuc uixit, planè exaruerit; atque non minus, an ab ea collectus succus, fructus, lignaque ad nos perferantur, uel potius una cum arbore cuncta perierint. Hæc in primis à uobis enarrari mihi cupio, quibus cognitis sigillatim de singulis agemus.

*An balsami planta, eiusq; succus, fructus ac virga nunc  
reperiuntur, & in quibus locis proueniant.*

Cap. 11.

A B D E L L A.

V A M P L V R E S balsami arbores in multis Arabiæ locis nunc uiuere, quarum succus, fructus, ac uirge huc ad nos à multis asportantur, certissimum est. Neque id Aegyptios, Syros, Turcas, & aliarum nationum homines multos, Arabiæ loca peragrantes latet, quin immo om-

nes

## D E B A L S A M O

nes annis singulis Mecham, & Medinam primarias Arabiæ foeli-  
cis vrbes, peregrinationis gratia adeuntes, quantus in illis locis sit  
ex arbore balsami prouentus, planè fateri possunt. Nam Mecham  
hinc euntibus, & ad uillam quandam Bedrunia ab his vocatam,  
quæ distat ab urbe Cayri spacio dierum quindecim, accedenti-  
bus, mons pergrādis, arenosus propè eam villam positus continuò  
conspicitur, balsami innumeris arbusculis refertus, quas ibi Mahe-  
metis miraculo ortas nostrorum multis suafum est; Sed ut cumque  
ibi natę fuerint, nobis id sufficiet, omnes ea loca quotannis pera-  
grantes, innumeris ibi viuere comperisse; idque à quamplurimis  
huiuscē urbis incolis, qui olim, & proximo etiam elapso anno ea  
loca peragrarunt, audire, atque uerum esse scire poteris. Multis  
quoque rationibus hæc ueritas tibi à me persuaderi posset, sed si  
huius uiridarij balsamis olim multis refertissimi terram aliquādo  
olfeceris, balsami etiam nunc suauissimum odorem redolere sen-  
tias, bisque, vel ter tantum, Sol suum peragrauit orbem, postquam  
hæ plantæ custodum negligentia periēre. At quid taces Abda-  
chim, quem millies hic te illas inspexisse certo scio? vel cur me  
Italo Medico incredulo veritatem hanc suadentem minimè adiu-  
uas? A B D A C H. Quid? An hunc nostrum sodalem medi-  
cum, multos annos hic moratum, plantarumque omnium studio-  
sum, hanc ueritatem ignorasse dubitas? Ego certè balsami plantas  
innumeris diuersis temporibus ex Arabia aduectas, hicque insi-  
tas vixisse, certo scio, quas multi etiam alij Cayri incolæ inspexe-  
runt. A L P I N V \$. Nephæ esse, ac inurbanum putarim, tan-  
torum medicorum testimonio non moueri, qui præter herba-  
rum peritiam, in qua illustres apud plerosque Aegyptios habi-  
ti sunt, vna cum balsamo in eadem terra nati, uixerunt. Sed,  
ut ingenuè fatear, quamquam ego cum viris in medicina cla-  
rissimis planè sentiam, huiusque rei ueritatem omnino cognoscam,  
tamen hæc ueritas non adeò usquequaque mihi satis-  
facit, ut possim alijs permultis Italiæ, aliorumque Europæ lo-  
corum medicis, atque pharmacopolis incredulis hoc, ut cupe-  
rem, persuadere, qui absolutè affirmant, balsami plantam nulli-  
bi hoc tempore reperi, eamque planè perijisse, ex quo succum,  
fructus, & uirgas hinc in Italiam asportatas falsas etiam esse sta-  
tuunt. Arque priscis sæculis, cum balsamum tantum in Aegypto  
& Indæa uixisse Dioscorides ac alij prodiderint, quibus in locis

nunc

nunc eam plantam cum amplius uiuere nemo referat, planè omnibus in locis periisse colligunt. Quam sententiam ipsi peruicacissimè defendunt, neque omnino carere uidentur argumentis, quibus proprium errorem tueantur. A B D E L. Quomodo quæsto istud esse potest? tantos ne medicos, doctissimosq; herbarum professores ita obcæcatos esse, qui non viderint, neque cognouerint, balsami plantas neutquam in suo nativo solo periisse? Quod autem Aegyptium, ac Iudaicum falso Dioscorides, atque alij crediderrint, ex me paulo post cognoscet. Neque optimi illi sunt philosophi, qui ita facile vegetabilium species, quæ iuxta philosophorum placita perpetuæ existunt, tolli omnino posse, putent: Celo etenim nullis causis ad generationem facientibus nunc destituto, terraque ac cæteris alijs elementis eodem modo nunc, ut olim, se habentibus, cur terram easdem nunc ferre plantas, ut olim faciebat, non posse dicemus? Graue tibi non sit, quæsto, illos, qui balsamum periisse affirmant, mihi referre, & quibus etiam rationibus in tam falsam opinionem uenerint, explicare. A L P I N. Parum interesse arbitror, te hosce homines nominatim cognoscere, sed ipsorum potius rationes audire, quibus negant hoc tempore balsami arbores, atque ipsarum succum, fructus, & virgas apud nos inueniri; id vero incepτæ disputationi sat erit. Horum siquidem non pauci existunt, qui non modo ad nos in Italiam prædicta uera compotari negent, sed arbores quoque, è quibus illa colliguntur, prorsus periisse prædicent. Quam sententiam ualde auxere Amatus Lusitanus Medicus in alijs non spernendus, & Nicolaus Monardus Hispanus, qui Syriacum atque Aegyptiacum balsamum periisse affirmantes, aliud genus balsami in Occidentalibus Indijs nasci, prodiderunt: Balsamumque à Dioscoride, Theophrasto, Plinio, ac a multis alijs herbarum antiquis scriptoribus celebratum, ac descriptum, eò affirmant periisse, quod prædictorum antiquorum scriptorum testimonio constet, olim duobus tantum Iudeę viridarijs concessum fuisse, ut inter ceteros Plin. & Theoph. testantur, postea verò quam Iudea à Ptolemeo primo Rege Aegypti, ac à Vespasiano deuastata est, balsamum in vallem Hiericum appellata in transplantatum fuisse, ibique vixisse Iustino, Strabone, Solinoque Polysthore id affirmantibus, statuunt. Et ab Artaxerse Persarum rege primo, ac mox à Romanis Adriano Cæsare rursum tota ea regione bello euersa, prorsus balsami plantam periisse. Tandemque

## D E B A L S A M O

In Aegypto paucas hoc in uiridario adseruatas vixisse. Quo in loco non tantum priscais sœculis balsamum vixit, sed multo etiam postea, quasi ad hæc usque tempora plantam hanc hic conseruata fuisse asserunt. Nunc uero, à multis, qui hoc tempore Aegyptum peragrarunt, hic quoque demum eam aruisse, confirmatur. Quia hic extincta, cum Dioscorides, alijque in Iudea tantum, & Aegypto balsamum uixisse prodiderint, cui dubium erit, nusquam gentium eam amplius inueniri posse? Ex quo succum, fructus, uirgas, pro uero opobalsamo, carpobalsamo, & xilobalsamo, ab Aegypto, uel Syria in Italiam asportata, uera esse quo pacto affirmabimus. Merito igitur hæc omnia falsa nos affirmasse vide-  
mur. Hincque tanta incredulitas, ac pertinacia inuasit eorum animos, ut potius in erroribus perseuerare, ueraque sibi ipsi ob-  
lata reijcere, quam opinionem mutare uelint. A B D E L. Vix  
me continere potui, quin suscepsum tuum sermonem interrum-  
perem, usque adeo animum aduersus illos concitasti meum, nul-  
lis rationibus, sed meritis nugis balsami omnes plantas periisse, ope-  
balsamumque etiam, carpobalsamum, & xilobalsamū apud nos in-  
uentum falso esse afferentes, ut tanta illorum impudentia exci-  
tus, quasi quid loquar nesciam: ac ne differam illis respondere,  
dico, ac edico tibi, balsami frutices neque etiam in Aegypto pla-  
nè periisse, dici posse, quando saepe iussu præfecti Cayri, quem  
Bessà appellant, plantæ multæ ex fœlici Arabia delatae in isto viri  
dario inserantur. Et nunc uix tertius agitur annus, cum Messino  
ris per id temporis Aegypti præfecti iussu, quadraginta è Mecha  
ad uectæ, hic insertæ fuerunt; quæ tamen cum per annum uixerint,  
rursum custodum negligentia periere; quæ facile etiam denuo re-  
nouari possunt. In Arabiæ uero multis locis innumeræ propemo-  
dum magno cum illiusce gentis lucro, aluntur: neque satis diu est,  
quod apud Arabes utilitas, & lucrum hoc cognoscitur; etenim ope-  
balsami quantitas multa in Orientis loca comportatur, quibus in  
locis eum succum in summo pretio esse, multi ex Arabibus, nunc  
Cayrum habitantibus, narrant. Cuius succi lucro ab ijs cognito  
omnes certam multos balsami frutices ex arenosis, montuosisq;  
locis in morbida uiridaria transferre conantur. Quamobrem ibi  
innumera pulcherrima balsameta cernuntur. Lege tamen ijs po-  
pulis interdictum est, ne preter fiscum quis eam plantam ferere  
queat; neque succum, uel flores, uel ramulos, uel fructus sine publi-

co mandato quis capiat. Idemque ibi de balsami arboribus, atque hic de cassijs solutiuis accidit. Solet etenim hic alicui cassiarium negotium locari, & ideo non licet quemquam cassiam ex arbore capere, vendere, emere, aut emptam aliquo deferre. Quod itidem de balsamo in Arabiæ locis obseruari, ex Arabum relatione planè constat. At quid illi Aegyptiarum ac Arabicarum plantarum ignari herbarij dicēt, duobus ne tantum locis, quippè Aegypto ac Syriæ balsamum olim ( Dioscoride, Theophrasto. Plinio, Iustinoque id docentibus ) concessum fuisse? quasi aliorum antiquorum scriptorum testimonio non constet, in pluribus alijs etiam locis olim huiusmodi plantam vixisse: nonne Diodorus Siculus 2. historiarum libro, in quadam Valle Arabiæ balsamum nasci, & non alibi memorie prodidit? Constantinus vero in lib. de gradib. ait, nasci in India; & Ioseph etiam in lib. 8. de antiq. Iudaicis, Samam Reginam balsami plantam ex Arabia in Iudeam tulisse, Salomonique eam dono dedisse, ex qua ibi aliæ postea plantæ propagatae fuere: & Strabo in lib. suæ Geograph. 16. hæc scripsit: His proxima est fœlicissima Sabeorum terra, quæ maxima natio est. Apud hos thus & myrrha, & cinnamomum nascitur, in ora etiam balsamum, & alia quædam herbula valde odorata: Necnon & Pausanias idem in lib. 9. his verbis confirmauit, dicens: De viperis vero ijs, quæ in Arabia inter balsami arbores versantur, diuersum quidem accepi. Id huiusmodi est. Sunt balsami arbores ex, quæ mirthi stirpis magnitudine. Folia illis, qualia herbæ amaraco. Theophrastus vero in Asia etiam nasci prodidit. Incolæ quoque Basiliani montis Libani, olim Alexi Græcis imperante, in quodam loco illius montis Solis ortui exposito balsami plantas non paucas, è quibus tantum opobalsami suscipiebatur, quantum in Aegypto hic colligi consuetum fuerat, diu vixisse narrant. Ex quibus certe sciri potest, olim non solum Aegyptum ac Iudeam, sed etiam fœlicem Arabiæ, & alia loca balsamū aluisse atq; habuisse. Quæ veritas etiam ex ipsomet Dioscoride confirmari videtur, scribente, carpo balsamū, idest balsami fructus suo tempore adulterari seminibus hyperici similibus, ex Petra oppido delatis. ex quo certo colligitur balsami plantam alibi quam in Aegypto viuere, atque semina producere. Præterea verum quoque hoc esse ex me audies, non in Aegyptum ex Iudea, ut aliqui somniarunt, ipsum venisse, sed ex Fœlici Arabia semper fuisse delatum: Aegyptiumque solum ve-

## D B B A L S A M O

luti neque Iudaicum, nunquam proprium, ac natum ei fuisse, in his locis balsamum perpetuo peregrinam plantam extitisse haud leue inditum est, eam ubique viridaria tantum aluisse, in ipsisque tantum vixisse, ut Theophrastus, Plinius, Strabo, ac Solinus meminerunt. Plinius enim hoc hisce verbis significavit, dicens:

„ Sed omnibus odoribus præfertur balsamum uni terræ Iudeæ concessum quondam duobus tantum in hortis, utroque regio, altero iugerum viginti non amplius, altero pauciorum. Theophrastus vero hæc dixit: Balsamum in Valle Syriæ prouenit. Eius arbusta duo tantum affirmant, alterum viginti iugerum, alterum multo minus: & Strabo de balsamo vallis Hierici, hæc etiam memoria tradidit: Vbi & regia est, & balsami viridarium, quæ arbor aromaticæ est, & fruticosa, Cytiso & Terebintho persimilis. Quid nonne omnes obseruant plantas peregrinas in viridarijs tantum ali, ac custodiri, quedam vero ex patrijs tametsi etiam in viridarijs aliquando seruentur, nihilominus multa alia loca inculta, sylvestria que ipsisdem sponte natis non carere obseruantur? At peregrinæ in viridarijs tantum magno studio, ac diligentia asuntur & conseruantur; quod in incultis, sylvestribusque locis sponte nasci, neutram conspici solent. Hic vero balsami plantam perpetuo aduenam, vel peregrinam fuisse, & perpetuo ex Fœlicis Arabiae locis adiectam, plures vna nobiscum Cayrum nunc habitantes certa fide confirmare poterunt, qui omnes, plantas balsami, quas hactenus hoc habuit viridarium, exinde comportatas fuisse varijs temporibus obseruarunt. Multoque labore, ac custodum diligentia vixisse, facileque ex leuissima etiam causa aruisse, quibus arefactis alias rursum ab illis locis extractas, hic insertas renouatasque; & hoc modo alternatis uicibus balsamum in hoc viridario hactenus conseruatum fuisse. Nemo plantas tanto labore ac diligentia in viridarijs adseruatas patras dicet, quando patriæ ubique sponte nascantur, crescent, ac nullo labore in proprijs locis uiuant. Ex quibus nos planè certi esse debemus, balsamum nunquam Aegyptijs ac Syris patrum fuisse, cum in viridarijs ibi multa diligentia, ac cura semper fuerit custoditum: quod tamen de Arabia Fœlici, cum balsamum ibi perpetuo uiuat, minimè uidetur dicendum, nullibi etenim nunc; quod sciam, huiusmodi planta, nisi Fœlici tantum Arabiq; concessa, reperitur. Quam regionem Diodori Siculi, Strabonis, Paulaniceque testimonio,

vt nuper dictum est, constat balsami olim feracem fuisse, quæ eodem modo etiam nunc innumeræ eius plantas sponte natas alit. Quam balsami fertilitatem omnes Aegyptij, atque aliarum nationum homines annis singulis Mecham Fœlicis Arabiæ urbem ad-euntes, uera planè esse confirmant. Copiamque ibi opobalsami insignem annis singulis colligi, fructuumque non minus, & uirgarum (cum balsami frutices sæpe quotannis putent) quæ ad uarias orbis partes uendenda ab his demandatur. A B D A C H. At istæc uera esse concedentes, dicent, quam pro balsamo tu, atque nostri Fœlicem Arabiam nunc alere inquiunt, non esse balsamum, sed aliam plantam. A L P I N. Notæ huius plantæ ab antiquis scriptoribus descriptæ ac memoriæ traditæ, istud recte doce re poterunt. Nam omnes conuenisse uidentur, (ut ex te spero me magis distincte cognitum) balsami plantam fruticem esse, non admodum magnum, folijs rutæ proximis, perpetuò virentibus, atque ex stipitis cortice scarificato liquorem in primis album oleo similem, eximio, acutoque odore præditum, manare. A B D A C H. Millies tecum Abdella fruticem hunc ex Alpino descriptum me inspexisse in hoc viridario scio. Verum qui huiusc plantæ notas quærerit, quibus nam hominibus magis credere debet, Italis ne, an nobis Aegyptijs, qui vnâ cum balsamo in hac ciuitate haec tenus viximus, eamque arborem sæpius in hoc viridario inspeximus? Nemo certe ita fatuus erit, qui hac de re vobis, quâm nobis libenter credere, ac fidere maluerit. Hanc verò plantam pro uera arbore, quæ ab antiquis balsamus appellata est, & in posterum memoriae prodita, nostri omnes Arabes hucusque constantissime habuerunt, Aliamque pro balsamo ab alijs monstratam nemo nostrum vspiam offendit, vel vidit, uel aliquem uidisse unquam audiuit. His addo nomen huiusc plantæ, quod est Baleßan à nostris ei fuisse impositum, à quo & Græci littera carentes, in u, mutata, βαλσαμον dixerunt, atque ab ipsis Latini Balsamum. Cur igitur Italis magis, quâm nostratis de hac planta credendum erit quando à nostris & Itali, & Græci, vel nomen ipsius plantæ acceptum, didicerint. Quapropter Balsami cognitionem à Dioscoride, Theophrasto, atque ab aliis antiquis scriptoribus minimè petendam iudico, sed ab Aegyptiis & Arabibus, qui loca, in quibus balsami plantæ omnium consensu olim uixerunt, habitarunt. Si Aegyptijs Arabes, Syri, atque alii om-

DE BALSAMO

nes Arabicæ lingua utentes medici citra ullam difficultatem tamen fruticem nunc in Fœlicis Arabiæ locis cultis, atque incultis, domesticis, atque sylvestribus nascentem, tanquam verum balsamum recipiunt, eodemque tum succo, tum fructibus, tum uirgis, pro uero opobalsamo, carpobalsamo, & xilobalsamo, nemine ipsorum hæsitante, ad componenda medicamenta, utantur: Cui Itali etiam, atque alij aliarum nationum medici ab illis, qui magis quam nostri sunt in ea cognitione, eoque usu, exercitati, ac docti, idem facere recusant? Certe indignum facinus est, uos hanc ueritatem nō fateri, sed potius, quo minus à multis ea dignoscatur, operam dare. ALPIN. Hæc doctissime à uobis prodita suisse arbitror, ueruntamen quoniam cum medicis, pharmaco polisque incredulis disputatio agitur, quæso si quid aliud apud uos utique sit, quod hanc ueritatem ad huc etiam illustrare possit, ne uos me istud quoque docere, pigeat, ut postea quam ego in patriam, Deo concedente, rediero, facilius id incredulis illis hominibus possim suadere. ADEL. Cum anno à Beatissimè Virginis partu M. D. LXXV. Petro Michaele viro Clarissimo, pro Serenissima Veneta Republica consulatum hic agente, Eunuchus Messir dictus, Aegypti Præfectus, Cayri ciuitatis huius quæpiam loca inuiseret, huncque præsertim locum el Mattharia nuncupatum deuotionis gratia (quando hanc in proximam dormiculam olim Beatissimam Virginem cum puerò filio Herodis iram fugiendo se recepisse, multosque annos in ea mansisse omnes Aegyptij opinentur, atque ob id hunc locum in summa habent ueneratione) singulis hebdomadis die Veneris, sacrum, uenerandumque hunc locum uisitans, viridarium hoc proxime positum aliquando animi gratia ingressus, uidit omnes balsami plantas custodum negligentia aruisse; qua re commotus, ut è Mecham quadraginta plantæ afferrentur curauit, eamque operam cuidam militum, ac peregrinorum duci, Mecham singulis annis deuotionis gratia proficiscentium, Haly Bei nomine locauit; qui mihi admodum domesticus; atque familiaris fuerat, eumque sepe ex renum calculo pessime ægrotantem inuiseram, ac curaueram; plantasque illas quadraginta præcisæ ramis detulit, quæ in consueto huius viridarij loco insertæ fuerunt, dumque sererentur, ego unà cum Paulo Mariano eo tempore pro Gallorum Rege Consule medicinæ quoque causa mihi familiari, atque cum multis etiam Cayrinis

Cayrinis medicis in re plantaria valde exercitatis interfui. Ex ipso autem Haly Bei Cayrum reuerso veri opobalsami binas vntias dono habui, atque ab alio, qui post hunc illud iter confecerat vntias tres. Horrem Bei alias Carauanae peregrinorum dux meus amicissimus, cuius in domo saepe tum ipsius, tum aliorum causa medicinam feceram, peregre anno M. D. LXXX. Mecham profectus, atque sic a me rogatus, attulit multa semina, & ramulos eximium odorem spirantes, atque multum opobalsami a Seriph Mechę partim acceptum, cuius modicam portionem dono dedit Francisco Priolo, tunc temporis Cayri pro Veneta Natione Consule Clarissimo, & partim ab ijs, quibus balsami negotium locatum est, emptum. Postmodum Scander quidam & ipse dux militum, Medinam Fœlicis Arabiæ urbem pro prætore a Bassa missus, mihi non minus quam alijs, medicinę causa familiaris, atque etiam quia ex Insula Zacintho a Segurorum familia ortum duxerat, balsami recentes ramos, fructus, ac succum misit, ac per literas sua manu scriptas, significauit proprijs manibus ibi ea collegisse, quae omnia apud me adhuc asseruantur. Omnes prædicti nobiles Turcae uno ore affirmant, propè Mecham & Medinam, in montibus, planis, cultis, atque incultis locis innumeratas balsami plantas sponte natas spectari. plurimasque etiam in arenosis, sterilibusque locis, quae tamen vel nihil, vel minimum succi producebant. Multa tamen semina ferunt, quorum multa copia ad nos quoque vendenda mittitur. Quales sunt in monte arenoso apud Bedruniam Villam posito. Nihil haec, atque aliæ in arenosis, sterilibusque locis viuentes opobalsami ferunt, ideo incole eas excerpunt, atque pingui in solo inferunt, fœcundissimasque reddere student. Addunt, apud omnes Arabes veterum memorijs constare, passim in pluribus Fœlicis Arabiæ locis innumeratas sponte nascentes, atque crescentes balsami plantas perpetuo vixisse, nunquamque illa loca ijs caruisse. Non multum temporis tamen esse, ex quo plurimi eas colere lucri causa cæperunt, cum scilicet opobalsami facultas ac vires ad quam plurimas Orientis regiones concesserint. Narrant adhuc ijdem omnes Arabes, uti balsami succo, fructibus, ac virgis ad componenda ipsorum omnia medicamenta, atque ad alios medicinę usus, quae eadem planè existunt, quibus Aegyptij Syri ad usum nunc recipiunt, queque a nobis uaria in Europæ loca hinc aduecta, negliguntur, atque reiciuntur, falsaque eorum

multi

## D E B A L S A M O

multi ( te auctore) pertinaciter, ac inutiliter esse disputant . ALPIN. Ex his, quæ te uera dixisse arbitror, me non parum pudet, quod cum illis tot annos in tanto errore permanserim . quem ex te nunc probè cognouisse fateor . Cupio igitur plantam hanc suis notis à te quoque describi, in quam attollatur magnitudinem, quæ libusque floribus, & fructibus obseruata a uobis sit, quo pacto que etiam ab ea planta opobalsamum distillet , sponte ne, an, ut multi dixerit, arte potius elicatum . A B D A C H. Hic nullas, quas ego uiderim crescere, flores, uel semina tulisse unquam spectare potui, et si succus interim paucus à cortice stipitis scarificato aliquando distillauerit. Verum hac de re Abdellam audiamus, qui hæc ex ploratiis, & reliqua docebit . Interimque dum loquimur, mandes uelim mancipio tuo, ut nobis hic è domo huiusc plantæ ichonem, quæ apud te est, deferat, ut Alpinus noster ueram Balsami Ichonem uideat . A B D E L. Recte mones, libenterque faciam. ALPIN. Ego uero utriusque uestrum multas hac de causa gratias referam. Mihi que istuc acceptissimum semper erit.

*Plantæ, quæ ab antiquis Arabiæ medicis Baleſſan, & Græcis  
Ελλσαιον, & à Latinis Balsamum uocabatur, fructuum,  
succiq; descriptio. Cap. III.*

## A B D E L L A.

**B**ALSAMVM arbusculum est, quod crescit ad altitudinem hanne ; uel ligustri, uel cytisi , folia paucissima gerens rutæ proxima, non tamen iis candidiora, ut Diosc. docuerat, sed potius colore uiridi subalbido, perpetuòque uirentia . Eius lignum gummosum leneque apparet, colore exterius subrubro, cuius ramuli eodem colore conspi cui sunt longi, recti, graciles, paucis foliis inordinatim referti, foliage simul tereta, aut quina, aut septena alę adnata, aliquo pacto etiam lentisci foliorum æmula . sunt ramuli odorati gummosi, digitisque contrectati eis tenaciter adhærentes . Flores fert paruos, albos, acaciæ proximos, ternos singulis alis appensos, quasi in umbelle forma, summe odoratos, à quibus semina promanant, flava, folliculis nigris subrubescientibus contenta, ualde odorata, intusque

intusque humorem flauum melli persimilem habentia, sapore sub-  
amaro, parumque acri linguam ferientia, oportobalsamumque redo-  
lentia, Terebinthi fructuum figuræ, & magnitudinis emula, ex-  
trema aculeata, & medium crassum obtinentia. Cui descriptioni  
maxime quadrare uidetur illa, quæ fuit à Constantino Aphricano  
tradita, quæ his uerbis apud ipsum in libro de grad. legitur. Balsa-  
mus est arbor in India crescens, salies super terram mensura vnius  
brachij, uel parum plus. Cuius rami rubeo viridiisque colore perfusi  
quasi rami thymali tenues sunt, & colorem viridem habentes.  
Faciuntque in capite quasi gemmas, paruaq; grana in modum pi-  
peris producentes. Ex fissuris ramorum huius arboris, egreditur  
quidam liquor in canicularibus diebus, sicut lac ex thymalo.  
Oportobalsamum mensibus, Iunio, Julio, Augusto, partim sponte, &  
partim stipite ferro scarificato, distillat, in vitreaque vascula reci-  
pitur; quod statim eductum, ut audio, colore est albo, qui paulo  
post in viridem, tertio in aureum, & demum in melleum mutatur.  
Eius succi etiam substantia in primis, turbida crassaque, ut oleum  
statim ab oliuis expressum cernitur, postea tenuissima atque cla-  
rissima, demum terebinthi modo crassescit. Odore eximio in pri-  
mis atque acutissimo terebinthum redolens, cum suauiori odoris  
fragantia obseruatur, saporeque amaro, acri, & adstringenti. Le-  
uissimum est in primis diebus, atque usque adeo validi, & acuti  
odoris, ut aliquibus inter odorandum, sanguis è naribus eruperit,  
& præ multa eius leuitate in aquam stillatum non desidet, sed ex  
alto in ea proiectum parumper in ipsa mergitur, fereque continuò  
assurgens, supra totam aquæ superficiem totum expanditur, eique  
miscetur, & citissime ita in ea dissoluitur, ut ab aqua maxima cum  
difficultate separatum secernatur. in qua paulo post concrescit,  
atque coagulatur, coagulatumque stilo totum ab aqua eximitur,  
quod tunc colore lactescit, siue album quale lac uisitum. Quanto  
hic succus annosior, eo fit inodoratior, atque ad motum segnior.  
In primis itaque statim albo colore conspicitur, qui color paucif-  
simis diebus in viridem, ut nuper etiam dixi, mutatur, oleiq; cras-  
sitie cernitur, qui postea longo temporis interuallo depuratur,  
nonnullisque annis tenuissimus euadit, atque clarissimus, ex viri-  
dique colore in aureum splendidissimum transit. Senio vero con-  
fектus, crassus qualis terebinthina fit, qui si in aqua, uel lacte stille-  
tur, statim confidet, multaque cum difficultate, & non nisi longo  
tempore

## D E : B A L S A M O

tempore denuò supra aquam fertur , tardissimeque in ea dissolui-  
eur . Quare non secus quam in animalibus omnibus quatuor con-  
stituuntur etates , quæ in ipsis maximam differentiam faciunt ,  
& balsami succo , quod opobalsamum dicitur , proculdubio à  
nostris quatuor tempora tribuuntur . Quandoquidem ille succus  
ab arboris stipite continuò elicitus usque ac quintum circiter an-  
num acutissimi , validissimique odoris percipitur , leuissimusque vs-  
que adeo obseruatur , vt in aquam stillatus , nihil , vel parum consi-  
dat , facillimeque diluatur , quod eius calor in annis infantiae plu-  
rimus existens , ei acutiem atque vehementiam præstet , Crassiori  
quoque substantia tunc cernitur , & turbida , quod cum multus in  
eo exuberet crudus humor , eo ob calorem in ipso agentem valde  
agitato , instar vrinę turbidæ , quæ in pestilentibus febribus fieri so-  
lent apparet , & quemadmodum puerorum corpora multa humi-  
ditate , atque multo calore prædicta crassa , ac ferè tumentia viden-  
tur , ita opobalsamum in pueritie annis constitutum à multa humi-  
ditate excrementitia , cum validissimo calore in ipsa agente , cras-  
sum , ac turbidum apparet , quod in grandiori etate ab ea purgatur ,  
tenuissimumque fit , & aureo colore clarissimo spectatur ; in quo  
statu , consistentiae ipsius etate continuante , conseruatur , posteaq;  
calore eius nativo aliquatenus resoluto , ac imminuto , senescens  
crassum instar terebinthinæ euadit , solitoque tum odore eximio-  
tum leuitate deficit . Proinde neque supra aquam enat , neque  
multum , & suauiter olet . Hæcque de balsami planta , fructibus , li-  
gnis , succo tibi dicta sufficient . A L P I N . Quæso ne te pigeat ,  
ad nonnulla adhuc , quæ a nostris , balsami descriptioni repugnan-  
tia proferuntur , respondere , ac satisfacere , quando ea non parum  
huiusc plantæ cognitam veritatem obscurare , anticipetisque nos  
reddere videantur . Antiqui etenim omnes balsami scriptores in-  
ter se in illius plantæ , succi , fructuum , virgarumque descriptione  
discrepare uidentur , ex quibus non videtur , tutum satis esse illo-  
rum cognitionem perquiri debere . Qui fuere in causa , vt nostri  
ipsorum traditionibus imbuti , verum sibi oblatum opobalsamum ,  
fructus , virgas , veras esse non crediderint . A B D E L . Summum  
semper errorem esse putavi , homines plantæ huius , succi , fructuum ,  
virgarumque cognitionem à Dioscoride , Theoph . vel alijs anti-  
quis scriptoribus velle exposcere , quando ista inter eos in scriben-  
do fructice , succo , fructibus , & virgis , diuersitas certissimum igno-  
rantiae

rantiæ argumentum nobis fuerit. Ego sum huius sententiaæ, neminem illorum fortassè accurate arborem hanc vidisse, ex audituque omnia de eis ab ipsis litteris prodita fuisse. Olim enim non erat ita facile hominibus loca, in quibus balsamum nascebatur, ex longioribus difficultioribusque nauigationibns, quibus eo tempore antiqui utebantur, adire, proinde multa Dioscorides, Theophrastus, atque alij multi ex hominum potius relatione, quam ex inspectione de balsamo scripsere. Hincque mirum non est, si in pluribus nostri ipsorum sententiaæ inhærentes decepti sint, quando & ipsos à falsis aliorum relationibus deceptos fuisse putandum est. An non Dioscoridem, Theophrastum, atque alios affirmantes. Balsami plantæ Aegyptum, vel Iudeam patriam fuisse, cum dixerint eam solum in Aegypto & valle Iudea viuere, maximè errasse superius demonstratum est, cum illam plantam ex Aegyptiorum relatione perpetuò ex Arabia fœlici in Aegyptum venisse certissimè constet? Ex quibus mirum quoque non esset, in alijs eosdem deceptos fuisse, præsertimque in succi, fructuumque cognitione. Hincque his herbarum scriptoribus omnes medicos pharmacopolasque planè fidentes, errasse mirari non debemus, quando non ab illis, ut etiam dixi, sed ab Aegyptijs, & Arabibus, qui tum primi balsamum cognoverunt, atque obseruarūt, tum etiam cum huiusmodi planta in eodem solo natu sint, atque eadem loca, in quibus viuit & vixit balsamum, habitarunt, istorum cognitio esset pertenda. Sed quæ ea existunt, quæ nobis repugnant, fac ut ex te iam audiamus. ALPIN. Quæ de balsami arbore à multis olim litteris tradita fuere, nunc in medium afferam; Reliqua verò de succo, fructibus, virgis, ad usum medicinæ memoriae proditis, posteriorius à me recensenda arbitror. Multa igitur, variaque de huiusc stirpis magnitudine, figura, situ, folijsque à multis prodita sunt, quæ non parum ueritatem obscurant, hominesq; ancipites, ac rem hāc totam incertam efficiunt. Aliqui siquidem plantę istius magnitudinem lycij, pyracanthæ, vel Cytisi, vel therebinthi magnitudini compararunt, ut Dioscorides, Strabo que dixer. Theophrastus vero dixit ea magnitudine balsamum spectari, qua magna mali punici arbor obseruatur. Iustinus similem piccis arboribus affirmauit, & Pausanias mirtho; Plinius, Solinus, atque Africæ descriptionis auctor, viti, hanc plantam compararunt. De eius folijs non minor est apud illos diuersitas, deque arboris figura. Quādo Dio-

T scorides

## D E V B A L I S I A M O

scorides, Théoph. Plin. Anicenas, Simeon Sethus balsami folia ruitæ proxima esse statuerint, & Pausanias amaraco, Iustinus piceis, Solinusque & auctor Aphricæ vitium folijs. De forma etiam vel figura arboris, alij arbustum, alij fruticem faciunt. Plinius enim de eo dixit: In totum alia est natura, quam nostri, externaque propria diderunt, quippe viti similius est, quam myrto; Quod etiam Solinum dixisse ab illiusce verbis constat, quæ hæc existunt: Similes virtibus stirpes habent: ac Iustinus; Siquidem palmeto & opobalsamo distinguunt arborem opobalsami formam similem piceis arboribus habent: & Strabo: Quæ arbor est fruticosa Cytiso & Terebintho persimilis. Nonnulli etiam affirmant, plantam hanc aliquaque aqua, illaque tantum, quæ in proxima fonte illiusce proximæ dormunculae scaturire cornitur, aiuntque miraculo id fieri; quando ipsa sit pluribus virtutibus praedita, quod Virgo Beatissima olim ibi multos annos morata, ea aqua, tum ad potum, tum ad cibum, tum ad mundandos panniculos Iesu Christi pueruli vfa fuerit: ex quo tanta in veneratione omnes viri mulieresque Aegyptiæ, Arabes etiam Mahometis affectæ eam habuerunt, ut ipsa ad multorum etiam morborum curationem considerenter utrantur. Multique ex longinquis, remotissimisque locis huc veniunt, ut ex huiusmodi aqua accipient: quare nonnulli balsamum huius aquæ beneficio haec tenus hic vixisse aiunt. Hæcque sunt, quæ de arbore isti dicunt.

A B D E L. De balsami fruticis altitudine, figura, ac folijs, ea quæ ex te nunc proposita sunt nihil veritatem hanc obscurare possunt. Namque Dioscor. atque alij, qui hanc plantam magnitudine similem esse lycio, cytiso, terebintho, & pyracanthæ, affirmarunt, minime errarunt, cum hæc omnia arbusta magnitudine non multum inter se differant, eisque planta balsami maior non sit, sed hic nullæ cernuntur arbores balsami, quæ ita magna spectentur, siquidem grandiores, quas hic alias viderim, non assurgunt ad maiorem triū cubitorum altitudinem. Audio tamen in Arabiæ solo eas plantas ad prædictorum arbusculorum altitudinem, & maiorem etiam excrescere. In Aegypto, & Arabia mali punici arbores paruae existunt, ita, ut inter arbusculorum fruticumque numero ibi connumerentur, neque ad tantam assurgunt altitudinem, quales in Italiæ locis obseruantur, Quare neque Theophrastus reprehendens erit, quod scripserit, esse magnæ puniceæ arborei balsamum simile, quando hæ nostræ Italicas longe sint humiliores. Iustum uero, quod picei

picei arbori plantam balsami similem afferat, deceptum omnino fuisse, credendum est. Ex ipsisque verbis error apparet conspicuus; nam piceis arboribus balsamum similem esse dicens, subdit, & in vinearum more excoluntur: quis tamen uspiam vidi piceā arborem viti similem, & in vinearum more excoli? Inter quas quanta sit differentia, non est, quod nunc demonstretur. Fuisse vero balsami plantam ramulis fruticosis, ac sarmenosis viti similem dubium quidem non est, ut neque etiam quemadmodum vites, annis singulis putari, quod sit admodum fruticosa, & sarmenosa. Non tamen quod ad folia attinet, viti ea planta est similis, cum folijs referta sit rutæ aliquatenus proximis, præsertim vero extra tria foliola, quæ in singulis virgæ balsami alis cernuntur, quando ipsa simillima sint tribus ijs foliolis in extremo virgæ alæ rutæ positæ; colore excepto: Neque absurdum est, Pausaniam dixisse balsamum folia habere amaraci æmula, quoniam suspicor ego ipsum plantam balsami non adultam, sed tantum recenter ex ciuis semenibus natam inspexisse, quæ folio, magnitudine, ac figura amaraci folijs omnino sunt similia, excepta carum crassitie, ac colore, quibus ea folia inuicem differunt, nam in amaraco sunt graciliora, & albidiora. Balsamum, quod ex semenibus nascitur, bina folia in primis haberet, bifolijs nascéntis vitis maxime similia, & quæ post hæc, quæ sunt tria, quatuor, vel quinque, produntur, amaraci folijs sunt proxima; Quæ vero tertio nascuntur singula trina existunt, rutæque proxima cernuntur. Repeto, prima nascentia folia bina sunt, secundo nata, his multum diuersa produntur, inordinatimque in virga. Tertio producta trina cuilibet alæ appensa, cernuntur, quæ rutæ sunt proxima, tribus in quam foliolis in extremo alæ virgæ rutæ conspicuis. Quarto, quæ nascuntur in virga balsami, sunt quinæ, & postea septena. Hæcque sunt balsami folia, aliter quam scriptores antiqui descripserint in hoc viridario in fruticibus balsami særissimæ visa, ex quibus atque alijs fortasse Dioscoridem, atque alios multos antiquos scriptores viuentem balsami plātam non inspexisse, iure suspicamur. Hanc etiam arborem in hoc viridario vixisse certum est, aqua ex hoc proximo fonte, in quo Beatisissimam Virginem panniculos Saluatoris nostri pueri olim per te lauisse nostri omnes autumant, irrigatam; tamen in arenosis, squalidisque locis non paucæ reperiuntur, quæ tamen quo ad opobalsamum steriles existunt. Atque hæc obiter de balsami

## D E B A L S A M O

p'anta dicta à nobis sint. Nunc ad opobalsamum d'eueniendum.  
Sed balsami plantæ ramos, quos mihi domo mancipium detulit,  
absoluto de ipso sermone spectabimus.

*Veri opobalsami cognitio unde sumatur, c' qui ex antiquis  
verè hunc succum litteris prodiderint.*

Cap. 111.

A B D E L L A.

**V**I D inquies Alpine de Balsami planta? nonne à nobis probè, ut ueritas exigebat descripta est, deque eius folijs, floribus, fructibus, ac uirgis, quæ dicta a me sunt, uera tibi esse uidentur? **A L P I N.** Omnia sanè rectissime, ac uerissime es prosecutus, sed supersunt tamen quæpiā de succo quoque, fructibus, ac uirgis dicenda, cum antiqui scriptores, qui de balsamo scripsere, simul in horum descriptione inter se nihil ferè cōuenisse uisi fint: quorum diuersitas, ut de arbore etiam nuper dictum est, fuit causa, ut multi negarint, quæ pro opobalsamo, carpopbalsamo, & xilobalsamo monstrantur, uera utique esse, nullumque ob id ipsos credere, syncerum ac legitimum opobalsamum ad nos asportari: de quo primo sermonem a nobis haberi cupio, mox de ceteris. De opobalsamo igitur multi huius sunt opinionis, ut arbitrentur, syncerum ad nos non aduehi, neque iniuria, quando ex te descriptum opobalsamum, a nobisque sepius inspectum, diuersum sanè videatur ab eo, quod omnes prisci rei herbariæ scriptores memorie mandarunt. In primis enim album multi ipsorum esse prodidere, Strabo siquidem dicebat: eius corticem scindentes succum in vasis suscipiunt tenaci lacti persimilem: & Plinius, succus è plaga manat, quem opobalsamum vocant eximiæ suavitatis, sed tenui gutta ploratu lanis parua colligitur in cornu, ex his nouo fictili conditur, crassiori similis oleo, & in musto candida. Et Simeon Sethus vir in balsami historia alijs non postponendus dixit: Succusque inde manabat omni oleo visu similis, quod ideo balsami oleum nominatur, succus his aggregatus vasculis excipiebatur, & id quidem, quod supernatabat, album ac tenui erat, & ideo preciosius: Alij sunt rursus afferentes, hunc sucum

cum non esse tenuem, sed crassum, veluti qui dixerit in conchis suscepimus coagulari: Cum vero opobalsamum, quod tu descripsisti, & nos sepe inspeximus, vel viride, vel aureum, vel mellis colore obseruerit, interdumque turbidum, interdum clarum, ac tenui, aliquandoque ut terebinthina crassum cernatur, (nemo enim nostrum est, qui eum succum tot predictis differentijs cuariatum non viderit scilicet oleosum, viride, aureum, ac melleum, clarum, turbidum, tenui, crassum,) de ipso varios, & dubios esse mirum non erit. ABDACH. Facile has ambiguitates noster Abdella ex animis nostris abiger. Præsertim cum harum explicatio ex ijs pendeat, quæ dudum ipse attulit. Dixit enim opobalsamum iuxta eius ætates varias, variari & ipsum, quo ad colorem, substantiam, perspicuitatem, odorem, & leuitatem; continuoque à stipite instillatum ac exceptum, albo colore conspici, præsertimque quod supra enat, veluti minus quod subsidet, qui color paululo momento in subuiridem oleosum mutatur, qui post quinquennium, ut superius etiam dictum meminimus, aureus fit, ac demum senio confectus crassescens, mellis colorem, obscuriorum tamen accipit. Tot etiam mutationes in perspicuitate, substantia, odore, leuitate, eius varias ætates facere alias dictum est, quando opobalsamum recenter eductum per quinquennium turbidum maneat, à quo tempore clarescere incipit, per decenniumque ferè ipsum clarissimum, ac ut aurum splendescere obseruatur; postea senescens turbidum rursum euadit. A stipite etiam statim exceptum tenuissimum est, pauloque post patum crassescit, atque hinc Strabo dixit, susceptum in conchis coagulari, peractoque quinquennio, quod tempus pueritiae datut, purgatur, fæcemque in fundum vasis deponit, tenuissimumque fit, & totidem geminatis peractis annis senescens crassum, crassiusque est, quo annofius. Odor non minus & sapor, in recentissimo validissimus est, in medio tempore odor fit suauior, thus ac terebinthum redolens cum suauiori tameu odoris fragrantia, sapor est amarus, sub acris, atque adstringens. Demum in senio omnia hac maxime remissa percipiuntur. Hincque Plinium deceptum fuisse arbitror, qui putauerit optimi huius succi lachrymam fricando percipi odoratam. Siquidem opobalsamum senio solummodo confectum inodoratum fit, ut tunc solum frictione dignosci queat. In principio etiam hic succus levissimus est, qui quam maxima difficultate in aqua, vel alio liquo

## D E B A L S A M O

re instillatus considat, sed continuò in aquæ superficiem feratur, citoque cum aqua dissoluitur: annis vero consistentiae medio se habet modo, senescēsque, colore eius imminuto, crassescit, quo sit ut subito in aquam projectus considat, tardissimeque sursum in aquæ superficie feratur, difficillimeq; ac tardissime cū ea dissoluatur. Hæcque et si non ita concinna oratione, tamen ad tuarum difficultatum explicationem accommodata satis esse Abdella nos-ter iudicabit. A B D E L. Ego vero sic ea vera iudico, ut omnes, qui de opobalsamo scribentes, aut loquentes ab his disenserint, rem prorsus ignorent, ex quibus Plinitum ex uarijs coloribus, ac substantijs in opobalsamo inspectis, uarias eiusce succi differen-  
tias vel species facientem errasse clarissime patet; dixerat enim il-  
le: Lachrymæ probatio, ut sit pinguis, tenuis, ac modice ruffa,  
& in fricando odorata, secundus candidus color peior viridis,  
crassusque pessimus niger. Nemo Aegyptiorum, vel Arabum al-  
bum opobalsamum nisi ex arbore recentissime stillatum vidit, qui  
tamen color quam paucissimis diebus euaneat, atque, ut dictum  
est, in olei colorem vertitur, atque ab eo colore in aureum, & de-  
nique in melleum obscuriorem. Nigrum vero nunquam ab ali-  
quo nostrorum, vel Arabum visum est, neque auditum. Nisi for-  
tasse produceretur nouissime ab Occidentalibus Indijs delatum,  
à quibusdam pro legitimo opobalsamo, ut superius quoque me-  
minimus, receptum. Quod tamen falsum esse planè constat, cum  
ijs, qui eius historiam scripsere, affirmant illum succum improprie  
opobalsamum vocatum, in Occidentalibus Indijs ex procera, ac  
magna arbore nasci, quæ quidem magnitudine, figura, ramis, fo-  
lijs, fructibus à vera balsami arbore longissime differt. Quod ijs  
qui utramque norunt arborem, nō erit difficile suadere. ALPIN.  
Simeon Sethus confirmare & ipse videtur, optimum opobalsamū  
recentissime à stipite distillatum album colorem habere, nec non,  
& Strabo, qui opobalsamum laeti similem esse scribit. Sed quam-  
quam huiuscce succi albus color pauculis diebus a stillatione eu-  
anescat, atque in alium colorem mutetur, nihilominus, quod non  
paucis valde admirandum videbitur, opobalsamum oleoso colo-  
re inspectum, in aqua vel lacte stillatum, album rursum videri: &  
idem etiam facere aureum, & melleum. Perpetuoque verum  
opobalsamum cuiuscumque coloris sit, in aqua, vel lacte stillatū,  
ac liquatum album spectabitur. Hincque Dioscorides, doctissime  
dixit:

dixit? Quin etiam syncerus in aqua, aut lacte celerrime liquatur; »  
coloreque lactescit. Nunquam quisquam opobalsamum uisui »  
non album, album esse iudicari, quod tamen verum esse experien-  
tia docebit, si inquam quis finet stillatum in aqua, liquari, ac coa-  
gulari, ipsum etenim liquoratum supra aquam ita album redditur, ut  
vix ab aqua distinguatur, sed paululo momento in ea coagulatur,  
et que instar telæ albæ incumbere, & in ea supernata cernitur, ma-  
nifestiorque eius albus color fiet, si coagulatum stilo quoipam ab  
aqua eximatur, aut extrahatur. Sed haec illius succi experientia  
per aestatis tempus est facienda, uel si hyeme, prope ignem, opobal-  
samo probe prius calore attenuato. At cur ex albo tam citò in aliū  
colorē mutatur? A B D E L. An quod lactei illiusce coloris  
substātia mollis, ac tenuissima, quam citò resoluitur ac dissipatur?  
vel quia nondum eius calor præualidus in eum succū agendo ip-  
sum turbauit? Idem in Zebet obseruatur, etenim statim è testibus  
extractus lacteo colore inficitur, pauloq; ebullire incipiens, uire-  
scit, & tandem subnigrescit. AL PIN. Rectè sunt a te hactenus  
explicata, & enarrata omnia. Nunc igitur ego idem a te fieri cu-  
pio, pro indagandis, ac docendis notis vel signis, quibus uerum à  
non uero, syncerum ab adulterato rectè distinguatur.

*De notis, quibus verum opobalsamum à non uero,*

*syncerum ab adulterato tuò cognoscitur, ac*

*discernitur. Cap V.*

A B D E L L A.

**I**S notis quisque probè ac exactissime verum hunc  
succum, a non uero, & legitimum ab adulterato di-  
gnoscet, neque ab aliquo ita facile decipi poterit,  
etenim succus is, qui nondum ad senium, inclinare ce-  
perit, colore albo conspicitur ( quod rarissime, & non nisi dum ip-  
sum è stipite stillat, vel recentissime eductum uidere contingit )  
vel uiridis est, oleosus subturbidus, oleoque substantia & colore  
valde similis, uel aureus fulgentissimus, tenuissimus, atque clarif-  
simus. Qui sanè omnes has notas habebit, uehementis erit odoris,  
& quo magis etiam recens est, acutioris, terebinthum cum alio sua  
uiori

## D E B A L S A M O

uiori odore redolentis, gratissimusque olfactui erit. Gustu etiam subamarus, adstringens, & modice mordens percipietur, læuis, diluique facilis, quæ nota, eo instillato in aqua vel lacte dignoscetur, læuis enim extabit, & vel nihil sub aqua morabitur, uel parum, & quasi continuò supra eam sursum assurget. In qua citò diluitur, vel liquatur, nil vñctuosí retinens, vel oleosi, tenax, siue lentore aliquo præditus est. hisque omnibus notis uerum, syncerumque opobalsamum semper omnibus apparebit. ALPIN. posse ne quis aliquod factitium oleum ita simile opobalsamo parare, ut eo multos decipiatur? A B D E L. Sine dubio, cum Gal. suo tempore etiam ipsum usque adeo adulterari dixerit, vt vix adulteratum cognosceretur. Veruntamen quod adulteratur, necesse est, ut aliquo liquore, vel oleo, vel vnguento vitietur. Diocorides dixit, opobalsamum vitiari posse admisto terebinthi, cypri, lenthisci, balanique vnguento, & susino, metopio, melle, cypriaque cera liquida. Serapio his addidit oleum rosaceum, myrtinū, & de alcanna, quod cyprum appellant. Plinius ex seminibus veri balsami, quæ vocant carpopbalsamum, extrahi simile oleum asserit, qua via multi ex ipsis oleum exprimunt, uero opobalsamo admodum simile; quod tamen ab eo discernitur amariore sapore, odo reque opobalsami longe obscuriore. Prodit etiam ipsum adulterari posse oleo rosaceo, cyperino, lenthiscino, balanino, terebinthino, myrtino, resina, galbano, & cera cypria, quæ sanè eadem existunt, quorum nuperime Diocoridem sub nomine vnguentorum meminisse, dictum est. Sed forsitan melius ipse dixisset, oleis, quam unguentis adulterari posse, quod ille succus tenuis perinde ac oleum sit, minimeque crassus, nisi senio fuerit confectus. His igitur opobalsamum vitiari potest, cuius maleficium facile comprehenditur, oleoque adulteratum trifariam detegitur, atque in primis, quod digitis contrectatū, nullo lentore, vel viscositate adhaerat, quando verus balsami succus lentore, ac viscositate quapiam non carere à nobis aliàs dictum sit, à multisque ex antiquis scriptoribus confirmatum, oleo siquidem resinarum omnium tenacitatem abigi omnibus manifestum est. In aqua præterea instillatum supra eius superficiem orbiculorum formis expandi nemo nostrum ignorat. Quod syncerum opobalsamum non facere posteriorius docebitur. Demum in panno oleo infecto macula relinquuntur, quæ & difficile aufertur, & quotidie etiam magis maiorem

in

in circulum expanditur, quod non fit in syncero opobalsamo. His igitur notis opobalsamum oleo vitiatum cuique patere poterit. His etiam comperietur vitium, si vnguenta ijsdem oleis composita misceantur, sed hoc amplius ijs aderit, quod in opobalsamo parui temporis spatio in fundo vasis vnguenta sidere necesse est. Cera vero mistum comprehendetur turbido colore, nunquam clarescente. Melle etiam infectum dulcis sapor detegit, atque ad ipsum, ut Plinius quoque testatur, muscas allicit. Resina adulteratum in carbones instillatum, nigrioremflammam edit, substantia que crassiore quam in syncero sit, spectabitur. Syncerum vero his notis innotescet, namque praeter ea signa, quae illum iuxta varias aetates praeferre diximus, haec etiam addidimus, scilicet praeterquam quod sit validi odoris, in aqua etiam stillatum, tametsi parua satis sit gutta, supra totam aquae superficiem expandi, eamque liquatum totam supernatare, ac obtegere, atque in ipsa etiam citò coagulari, lactisque colorem adipisci; ac non minus ex ipsa coagulatum totum stilo quopiam excipi, ac auferri, quodque fusum in laneam vestem, eam, ut oleum non inficit, quamquam ei adhaereat. Lacque coagulat, etsi non ita, ut coagulum facit, quia lac non perfecte coagulat, quinimo cum ipso coagulatur. ALPIN. Multo plura, quam tu de synceri opobalsami, ac vitiati notis complexus es, apud multos leguntur. Dioscorides siquidem haec vti- que nobis prodiderat. Succi probatio est, ut sit recens, validi odo- ris, Syncerus, non ad acorem vergens, dilui facilis, laevis adstrin- gens, ac modice mordens gustu. Et ubi ea, à quibus opobalsamū potest adulterari meminerat, hec subiunxit. Namque merus in laneam vestem fusus neque maculam facit, neque si eluatur nota relinquit. Vitiatus autem inhæret, & lac instillatus coagulat, quod adulteratur non efficit. Quin etiam syncerus in aqua, aut lacte ce- lerrime liquatur, colorque laetescit, vitiatus vero olei modo in- natat, se conuoluens, aut in stellæ modum diffundens, syncerus senescens crassescit, deteriorque redditur. Hallucinantur, qui aqua concretum pessum ire & ad ima sidere, arbitrantur, postea dis- sipatum supernatare. Et Plinius ait, syncerum inhærescere, & in tepida aqua eius guttam coagulari & ad ima sidere, lac coagulare, & in vestem maculam non facere. Et Anicennas: lac coagulare, aquaeque ipsum misceri, & in ipsa densari, densatumque conser- uari, atque à gossypio receptum ablui posse. Serapio eadem à

## DE B A L S A M O

„ Dioscoride iam recitata , de ipso nobis prodidit . Simeon vero  
„ Sethus hæc & ipse scripsit . At vero nonnulli hac ratione probant,  
„ quod ferrum eo inunctum ignique ad motum incandescat, id quod  
„ & oleo caphuræ , alijsque dictis oleis accidit . Alij quod in  
„ aquam datum minime supernatet , sed statim fundum petat, vere  
„ hoc quidem, sed enim quando hæc duo concurrunt, uidelicet fer-  
„ rum candeat , & in aqua facile subsistat, de eo statim arripe . Est  
„ enim legitimum , & non factitium . Scire autem præterea opor-  
„ tet , quod dum recens est , & in proprio uigore super aquam ena-  
„ tat actum ita probatur . Linteo in eo irrigato, ac postea sublato à  
„ linteo totum recedit , non colorem , sed odoris duntaxat suauita-  
„ tem illi relinquens . Hæc omnia, ac inter se admodum diuersa cum  
apud hos grauissimos plantarum scriptores legerim, atque opobal-  
samum , quod tu uere syncerum affirmas, apud me sit , non omnia  
que ab his scriptoribus de eo perdocta , reprehäsentet , quinimo  
aliqua sint , quibus ipsum planè non respondere uideatur; quam-  
quam enim ipsum recens sit , minimeque ad ullum acorem uer-  
gens ; ualidique odoris , oleosi coloris , turbidum in primis eius  
annis obseruatum, mox clarum, aureum subamarum, adstringens ,  
& modice mordens gustum, tenax, leue , dilui facile, lacque coagu-  
let , & linteum non inficiat , atque ut ait Auicenas , aquæ etiam  
stillatum , misceatur , in ipsaque coaguletur , supraque aquam coa-  
gulatum enatet , atque eo etiam ferrum , ut Sethus ipsum hac ex-  
perientia cognoscendum uoluit : inunctum probè in ignem posi-  
tum candeat , Tamen , quod apud omnes prædictos antiquos  
scriptores affirmatur , quippè ipsum lanæ uesti instillatum aqua  
ablutum, omnino ab ea abigi posse , nihilque ei adhærere , nun-  
quam potui obseruare . Nullum enim reperitur opobalsamum ,  
quod instillatum in pannum, ei aliquatenus non adhæreat: ex quo  
ego etiam puto , nullum uerum opobalsamum eam experientiam  
facere posse , quando ipsum ; ut in alijs omnibus resinis obserua-  
tur ( cum succus resinosis sit, inter resinasque possit sine errore re-  
censeri ) uiscositatis ac lentoris non sit expers . Ex quibus ual-  
de de huius succi signo , ab antiquis ferè omnibus animaduerso  
dubius , ac anceps sum . Cupioque tuam hac in re sententiam  
audire , ut in ea tandem acquiescam . A B D E L . Dignus es  
cum isto tuo scrupulo non parua reprehensione , qui uno signo  
magis quam pluribus , quibus tuum opobalsamum omnibus pro-

bè

bè respondere scis, fidere uolueris, quod neque uerum signum huius succi dicendum esse puto, siquidem quo pacto hic succus lensoris, ac uiscositatis non expers, ( cum ipse nihil quidem aliud quàm resina quæpiam sit ) lineo, uel laneo panno, uel gossorio instillatum aliquantulum non adhærebit? Etenim non modo succus iste tenax est, sed ramuli quoque uirides, si digitis contrectentur, eis proculdubio adhærent, quod non nos modo, sed etiam aliquos antiquorum nouisse certum est, nonne Strabo dixit: Eius corticem scindentes succum in vasis suscipiunt tenaci laeti persimilem. Quid? nonne Plinius notas synceri opobalsami docens dixit? Succum balsami syncerum debere inhærescere? At ne amplius remorer desiderium tuum, paucis de nota hac à Dioscoride proposita dicam, quid sentiam. Puto enim syncerum opobalsamum non aliam ob causam, Dioscoridem, atque una cum eo alias dixisse, uestibus uel panno non adhærere, nisi ut nos docerent mistum aliquo oleo, uel quopiam unguento hinc deprehendi, quoniam, ut ego nuper etiam uos docui ( quod à plerisque oleo eo tempore uitiaretur ) oleo uitiatum in pannum instillatum, laneumque præsertim, quod facilius sit ad emaculandum, instar olei inficit, eique perpetuò non modo adhæret, sed quotidie magis in eo recepta macula augetur, ac dilatatur. At syncerum, quamquam paululum panno etiam instillatum inhæreat, tamen ipsum ut oleum non inficit, neque maculam relinquit, quinimo secus atque oleum panno adhærescens quotidie decrescit, usquequo tandem omnino aliquo tempore sponte dissoluitur, atque euanescat. Quamobrem syncerum opobalsamum panno quidem, at non olei modo adhæret, neque aliquam maculam relinquit. Quod sæpe uobis meum opobalsamum in meam uestem instillatum ostendit. Verum non debet hoc experiri in pannis ijs, quos uos in Italia paratis, nostris longe crassioribus, in quibus fortassis cum olim uestri hi crassi panni lana parati ex Italia huc nō asportarentur, neque nostri his, ut nunc faciunt, uterentur, Dioscorides in his periculum faciendum, non sentit, sed in nostris ijs longe gracilioribus. Clarius verò hoc signum Plinius docuisse est uisus, cum dixit, & in ueste maculas non faciat, non autem, ut in Dioscoride habetur, uesti non adhæreat. Verius forrasse Sethus opobalsami cognitionem ex hoc signo habendam tradidit, quod his uerbis apud ipsum legitur: Linteo in

## D E B A L S A M O

eo irrigato, ac postea sublato à linteo totum recedit, non coloré, sed odoris duntaxat suavitatem relinquens: quod planè in nostro sic ad unguem obseruari licebit. Cöeterum ex his, quæ ita diuerse de notis uerum oprobalsamum a falso distinguentibus, apud diuersos antiquos scriptores leguntur; dubitandum non immeritò à nobis existimò, hosce authores nunquam fortasse, neque uiuentem plantam uspiam offendisse, atque multo minus syncerum eius succum inspexisse, cunetaque potius aliorum relatione, quam uera obseruatione de eo ab his prodita fuisse. Qua de causa non ab antiquis scriptoribus, inter se de balsami historia discordantibus ueritas, hęc petenda esset, sed ab his populis, præfertimque medicis, qui loca in quibus balsamum, omnium sciptorum cōsenfu, uixit, perpetuò habitarunt, & sepissime obseruarunt. His etenim iuremeritò de ipso firmior fides habenda erit. Hi sunt Aegyptij, atque Arabes, qui omnes uno consensu asserunt, hoc excepto oprobalsamo, quod uos uerum esse non creditis, nullum aliud usquam uel in toto Aegypto, uel in tota Arabia, uel Syria, fuisse cognitum, aut usitatum. Cuius ueritatis clarissimum ac certissimum signum erit; aliud oprobalsami genus ab hoc diuersum, apud Turcarum Regem ijs locis imperantem, atque apud plures Turcas; qui uarijs temporibus his omnibus predictis locis, præfertimque Aegypto præfuerunt, nunquam fuisse repertum, quinimo apud hos inuentum idem planè esse cum nostro, atque nihil ab isto communiter recepto, differre. Rex enim Turcarum singulis annis à Seriph Mechæ, atque Medinę domino binas, & plures etiam oprobalsami libras dono missas accipit, perpetuoque, postquam Aegypto impetravit, ab ipso oprobalsamum recepit. Quod sanè idem planè est cū eo, quo omnes Aegyptij, Arabes, Syri, atque alij utuntur. ALPIN. Verum dicas; Nam ego certo scio idem esse oprobalsamum uulgo receptum cū eo, quod apud multos dominos Turcas Consulesque Venetos habetur, quibus à prefecto Aegypti: ac alijs nobilibus Turcis dono datum fuit, idemque cum eo, quod apud Serenissimum Franciscum Medicem Ducem Florentię à Turcarum Rege olim ei dono datum, hodie conspicitur. quod cū meo etiam oprobalsamo ex Aegypto, ad predictum Sereniss. Ducem anno superiori misso, recte ab ipso comparatum, idem planè esse, certum est. Quamobrem omnes; qui negant uulgo receptum verum esse, si ipsum cum oprobalsamo comparent, quod apud mul-

tos

tos extat, Venetos, olim huius loci Consules Clarissimos, atque apud alios plures, qui olim haec loca peragrarunt, & opobalsamum à nonnullis Dominis Turcis acceptum illuc comportarunt, probè an ipsum verum sit, cognoscere. A B D E L. Multum tamen Auicenam admiror, qui dixerit, à goffypio, hunc succum aqua ablui posse, cum tamen superius dixerit, ipsum in aquam instillatum coagulari ac densari: quod cum verum sit, quomodo in goffypio receptum, ac imbibitum, aqua ab ipso ablui poterit? hoc enim fieri non posse cuique patebit. Est demum alterum opobalsamum ex seminibns balsami expressum, cuius etiam inter adulterata nuper recensuimus, quod pro vero succo opobalsami aliquando venditur, quod tamen facile, ut dictum est, ex obscuriore eius odore, amarioreque sapore à vero diuersum ab his esse comprehenditur. Ac de opobalsamo haec à nobis dicta sufficient. Restat modo, ut de balsami fructibus, & virgis loquamur, quando multi quoque non desint, qui contendant verum neque carpobalsamum, neque xilobalsamum esse.

*Veri carpobalsami, & xilobalsami cognitio, & consideratio.* Cap. VI.

A L P I N V S.

**A**C T E N V S balsami plantæ, atq; ab ea educti succi ambiguitates omnes vir doctissime dissoluisti, veritatemque ita claram effecisti, ut de arbore, ac succo nostri amplius contendere non debeat, sed ipsum potius agnoscere, atque in usum medicinæ restituere, quod quidem facientes summa laude digni erunt, tantum auxilium in usum reuocantes, atque recipientes. Cum nemo nostrum dubitet amplius veri opobalsami ex Aegypto, & Syria in Italiam cōportari, quod facile à nuper adductis notis ibi an syncerum sit, cognoscetur. Restat modo, ut de eiusdem plantæ fructibus, & virgis, quod apud nostros dubij supersit ab illorum animis euellas. Quando vulgaria semina, pro vulgaris falso carpobalsamo à multis recepta, quorum ad nos singulis annis multa copia aduehitur, verum esse antiquorum carpobalsamum me iudice etiam affirmandum sit. Anima ducentum tamen est, duplex genus carpobalsami circunfer-  
ri &

## D E B A L S A M O

ri & vtrumque pro balsami seminibus apud nonnullos recipi, quo  
rum vnum sc̄men est terebinthi magnitudine, atque ferè etiā for-  
ma, rotundumque & oblongum, ouo simile, in extremis acutum,  
flavum, folliculo nigro rubescente vndique coniectum; Hocque  
verum est antiquorum carpobalsamum. Alterum vero pseudo-  
carpobalsamum huic admodum magnitudine, colore, figuraq; est  
simile; differt tamen à vero, quia ipso est oblongius, ex medietate  
tantum folliculo coniectum est, nam illud extremum, quod suo pe-  
diculo appensum est, folliculo caret, minimeque eo totum conte-  
gitur, sed tantum ad eius usque medietatem, de hoc uero, quod  
falsò pro balsami semine me iudice recipitur, non loquimur. quā-  
quam odoratum sit, atque aromaticum. Illudque fortassè esset,  
quod olim Dioscoridis tempore ex Petra oppido Arabie pro car-  
pobalsamo asportabatur, & quo uerum carpobalsamum adultera-  
batur, si piperis saporem præferret. De altero uero ab hoc predi-  
ctis notis discrepante, quod præsertim à falso differt, quia totum  
folliculo suo coniectum est, quando falsi, ut iam dictum est, tātum  
medietas folliculo coniecta appareat, a nobis sermo habēdus est.  
Audio nunc Venetijs omnes pharmacopolas consilio excellentissimi  
collegij medicorum in componenda theriaca, atque mitrida-  
tio, pro ueris balsami fructibus Iuniperi fructus substituere. quod  
quanta dignum reprehensione sit, ac in quanto illi uersentur erro-  
re, uobis doctissimis uiris nunquam latuit. Et utinam nunc perspe-  
ctis rationibus ijdem non permittant sine his tanto artis cum de-  
decore ( quando hæc omnia non sit difficile apud eos reperiri )  
Theriacam atque alia medicamenta amplius parari; sed uereor,  
ne magis in antiquis erroribus persistere, quam rei ueritatem am-  
plete uelint. A B D E L. Quid? etiam ne fructus balsami, quoru-  
m in Italiam; aliaque loca hinc copia multa aduecta, illis non deest,  
negant ueros esse, atque pro eis in componenda theriaca alijsque  
medicamentis baccas Iuniperi substituunt? quid de te audio?  
pudet me tantorum medicorum, qui hos haec tenus ueros fructus  
neglexerint, minimeque his utantur. Sed quibus rationibus addū-  
cti, negant ista semina meritò ex te pro uero antiquorum carpo-  
balsamo recepta, ueros esse fructus balsami. An non ipsorum ma-  
gnitudo, color & forma ad eos recognoscendos satis illis erunt?  
Theophrastus dixit: illos esse similes therebinthi fructibus magni-  
tudine, figura ac colore. Et clarius Serapio ex Dioscoridis mente  
hunc

hunc in modo eos descripsit: Et granum quidem ipsius, quod non minatur carpopbalsamum, est granum rotundum ad longitudinem aliquantulum tendens ad acuitatem in ambobus capitibus, in medio uero grossius. Cuius color tendit ad rubicunditatem, & est plenum, graue, mordes linguam mordicatione aliqua non multa, & quando frangitur interius habet humiditatem similem melli, & eius odor est bonus. At Dioscorides addidit hoc semen redolere opobalsamum. Certè, ut uerum fatear, fructus balsami ab Italibus medicis, atque pharmacopeis neglecti, tum Serapionis descriptioni omnino respondere cognoscuntur, tum etiā notis à Theophrasto allatis, quando hi colore, figura, atque magnitudine uere fructibus terebinthi proximi spectentur. Serapio uero eos multo diligentius ac exquisitius declarauit, qui ipsos grana esse rotunda statuit, oblonga, extremis acutis, & medio crassiore, ad coloremq; subrubrum tendentia, grauia plenaque esse, ac modice gustum mordentia, quæ intus substantiam melli similem habent. Ex quibus notis vulgare carpopbalsamum uerum omnino esse certissime ostenditur, sed quamobrem isti negant hos, ueros balsami esse fructus, scilicet carpopbalsamum antiquorum? A L P I N. Omnes uno ore prædicant prædicta semina non una, at omnibus carcre prædictis notis, quibus ea prædita esse Dioscorides omnium antiquorum in plantarum descriptione facile primus, memoriæ olim prodidicerat, hisque speciatim verbis. Quare eligatur flauum, plenum, grande, ponderosum, mordens gustū, fenuens in ore modice, opobalsamum olens. Dicunt itaque istæc semina à vobis pro carpopbalsamo monstrata, non flaua, ut Dioscor. docuit, sed nigra subrubescientia spectari, vacuaque non plena esse, leuia & non grauia, parua & non magna, neque gustum aliquo pacto mordere, neque opobalsamum olere. Hisque rationibus negant illa semina uerum carpopbalsamum antiquorum esse, sed potius ea, quæ olim ex Petra oppido Arabiæ aduecta, uerum carpopbalsamū adulterari Dioscorides animaduertit, quod ipse hisce verbis docuit, dices: Adulteratur semine hyperico simili, quod à Petra oppido defertur, sed coarguitur magnitudine, inanitate, virium ignavia, saporis piperis. Idemque ferè Plinius testatum reliquit: atque hæc sunt aduersus balsami vulgares fructus à quampluribus Italiæ, aliarumque nationum medicis, & pharmacopeis disputata. A B D A C H. Ex his duobus alterum uerum esse arbitror, vel illos scilicet viros à te recitatas

## D E B A L S A M O

citatas carpobalsami notas nunquam probè cognouisse , aut nunquam hos fructus, vel semina, quæ præ oculis omnes hi pharmaco polæ quotidie habent, inspexisse, quod si illi hæc aliquando inspexissent, ac rectè obseruassent, proculdubio fieri non potuisset, vt ex omnibus notis ipsos non agnouissent, veros esse balsami fructus, quando non solum falsum sit ipsos omnibus notis à Dioscor. traditis carere, sed ne vnam quidem illis deesse. Nam istæc semina sunt humiditate melli simili plena, quorum si multa fracta intus iij inspexissent, nisi cæci omnino fuissent, fieri nullo modo poterat vt non id animaduertissent. Cernuntur etiam longe hyperici seminibus maiora, sunt grauia, cum aliqua mordicatione, atque opobalsami odoris fragrantia, quorum saporem; atque odorem unusquisque gustu, ac olfactu minime destituto, poterit cognoscere. Nemo mea quidem sententia erit, qui prius opobalsamum olfecerit, ac gustauerit, mox ista fracta semina olfaciendo & gustando, in ipsis eundem saporem, atque odorem opobalsami aperiissime non cognoscat. A B D E L. Verissima prædicas, neque indigna, vt ab illis medicis audirentur, ac animaduerterentur. Nam hæc semina vulgaria à nobis pro carpobalsamo recepta, eadem esse, quæ in multis Arabiæ Fœlicis locis supra balsami fructibus colliguntur, omnes, qui illa loca peragrarunt, vere testantur: neque ullis unquam alijs Aegyptij pharmacopæi pro balsami fructibus ad componenda medicamenta usi fuere. Neque aliorum Aegyptiorum memoria constat, vñquam ex Petra oppido, quod nunc Mecha dicitur, alias, quām hos fructus pro carpobalsamo ad nos delatos fuisse. Neque Galenus existimat homines in eorum seminum cognitione hallucinari, ac decipi posse, quando in libro de Antid. dixerit, carpobalsamum non posse adulterari, idque merito, cum minime fieri posse videatur, vt aliquis, qui vera balsami semina semel tantum viderit, posset ab alijs decipi; sed concedatur posse adulterari, tamen cognosceretur id saltem, ut Dioscor. docuerat, inanitate, paruitate, & sapore piperis. Verum non possum non vehementer illos medicos admirari, dicentes, notas à Dioscoride nobis carpobalsami eo traditas fuisse, ut ista semina ab alijs distinguerentur, quando ipse illas notas non ob id tradiderit, sed potius, vt ijs homines perdocti selligerent ex seminibus balsami, ea, quæ flava existunt, plena, maiora, grauia, sapore, atque odore opobalsami prædita, quoniam hæc cæteris meliora

meliora existunt. Quis ignorat, agricolas etiam ipsos aliqua semina ementes, siue triticum sit, siue hordeum, feligere plena, magna, ponderosa, optimi saporis, atque odoris, abiuncereque inania, parua, leuia? Quamobrem istud? quia haec inutilia, illa optima existunt. ALPIN. Dicunt, flauum colorem, quo vera semina balsami spectari Dioscor, tradidit, in ipsis seminibus non conspici, cum ipsa subrubra potius, & nigrescentia cernantur. ADEL. Recte dicunt, sed hinc coniicitur, ipsos minime esse in horum seminum obseruatione exercitatos, seduloque nunquam ea inspexisse, quoniam si saepe multa sedulo, varijsque modis obseruassent, proculdubio duplii colore referta esse cognouissent, quippe nigro rubescente, suis folliculis vestita, hisque spoliata, ac nudata, flauo. Ex qua obseruatione, nec Dioscoridem, docentem illud semen flauum esse, nec Theophrastum cum Serapione subrubrum nigrescens, falsum prodidisse, patet. Quando hi semen vestitum suo folliculo, quod nigrum subrubescens cernitur: & Dioscor. folliculo spoliatum, quod flauum est, intellexerint. Hæcque à nobis de carpobalsamo dicta sufficient. De xilobalsamo vero non puto à nobis multa esse dicenda, quando nō ita omnibus, vt carpobalsamum, ignotum videatur. esse illas virgas communiter ab omnibus pharmacopæis pro carpobalsamo receptas, et si ijs tamen non vtantur, argumentum erit certissimum, ipsas redolere odorem opobalsami, & carpobalsami, eundemque gustui saporem etiam præferre. Optimæ autem existunt, farmentosæ, tenuæ, fuluæ, & recenter excisæ, odorem opobalsami manifestissimum spirantes. Quem odorem eximum spirare a Theophrasto ac Serapione proditum est. His vero recentibus pharmacopæi vti debent, cum paruo etiam tempore omni odore ac sapore destituantur; tanta est enim illius humidæ substantiæ, in qua odor, saporque fundantur, tenuitas, vt cito exoluatur, simulque cum ea sapor, atque odor euaneat. ALPIN. Fascem recentissimarum virgarum Dominicus à Rege noster pharmacopola ab amico suo Turca, apud oppidum Sues, illuc Mecha aduectum habuit, qui multum opobalsami odorem spjrabat, qui tamen paucis mensibus ferè omnino exolutus est. Multas virgas recentes habui, quæ apud me adhuc asseruantur; quas comparatas cum ijs, quæ apud Venetos pharmacopolas sunt, easdem vtique esse sine dubio cognoscitur, quæ si recentes conseruarentur, ueritas


## DE BALSAMO

hec omnibus esset manifestissima, ita ualidus, ac manifestus in ijs odore opobalsami perciperetur, ex quo omne dubium ex ipsorum animis sponte excidisset. ABDEL. Tibi sufficiat, haec de balsami planta, succo, fructibus, virgis, ex nobis audiuisse, atque didicisse, veramque hanc huius plantæ ichonem, nunc Alpine spectare poteris, atque ex dictis ipsam recognoscere. Sed absoluto de ijs sermone, cum iam Sol supra orizontem multum ascenderit, aeremque inflammare cœperit, satius erit nos hinc abire, & in urbem redire, priusquam augeatur caloris æstus. ALPIN. Repte suades, abeamus, vobisque, quod tantum hactenus suscepitis labore, multas gratias refero, meq; vt pro vestra humanitate ametis, quemadmodum facitis, etiam, atque etiam rogo.

vale. ABDEL. Atq; tu interim vale. mementoq; nos tui esse studioffissimos, te q; multum, atq; multum obserua-



BALSAMVM.



X 2 Cur

DE BALSAMO

Cur Petri Bellonij obseruationes in Aegypto circa  
balsami plantam factæ hic adnotatae sint.

Cap. VII.

**V**M hisce diebus librum olim in Aegypto a me de balsamo conscriptum in publicum emissurus essem, Ecce in manus meas perueniunt doctissimæ itinerariæ obseruationes a Petro Bellonio Cenomano, uiro tum in alijs, tum in plantarum materia doctissimo, ante annos ab hinc quadraginta litteris traditæ, atque hoc tantum anno in lucem editæ. In quibus cum balsami nonnullarum plantarum olim in Aegypto uiuentium diligentissimam obseruationem ab eo rectissime exaratam, ac descriptam legerim, optimum fore putaui, si ea sub fine huius libelli adjicerem, Siquidem speraui ex tanti uiri in plantarum materia exercitatissimi lectione, ea, quæ dicta sunt à nobis, ac litteris de balsami historia mandata, posse haud parum animos legentium confirmare, quod is omnia scè complexus sit, quæ in meo libello leguntur. Hæcque, priusquam balsami obseruationem Bellonij hic adieci, in præfati libuit; ne ex abrupto hic ea inserta candido lectori uiderentur.

*Aegyptij balsami obseruatio ex Petro Bellonio in libro II. itinerarium obseruationum, capite XXXIX. collecta.*

Cap. VIII.

**N** quodam pago spectatum iuimus hortum balsami fruticibus constitutum, qui à Cayro longius haud abest, quam Lendit à Lutetia. Quoniam porro balsami planta admodum celebris, preiofa, raraque est; hic scribere libuit quidquid ad eius historiam pertinere arbitrati sumus. Quodam esse scimus, qui Matareæ Balsamum ex Iudæa delatum esse putent: rem autem haud ita se habere, postea demonstrabimus. In magno quodam horto sunt, sed angusto loco muris conclusæ, quos extructos fuisse aiunt, postquam Turca Aegyptum Sultano ademit: Bacha autem à Turcarum Imperatore huic regio-

ni.

nī præfectum, ea arbusta digna existimasse, quæ peculiari loco con-  
cluderentur. Cum istic essemus, nouem, aut decē duntaxat frutices  
eius aderant, qui nullum liquorem præbebant. Inter notas à ve-  
teribus proditas, quibus balsamum dignosci possit, una est, ut per-  
petuo uireat: illud tamen in Materea, apud Cayrum, pauca ad-  
modum folia Septembri mense habebat: quod nobis insolens vi-  
sum est. Nam reliquæ arbores, quæ hyeme virere solent, folia fo-  
lum nouo vere abijciunt, cum videlicet noua germina produxe-  
funt: solentque autumno magis virere, quam nouo vere. At re-  
liquæ, quæ folia abijciunt, id sub hyemem facere solent, ut æsta-  
te noua adquirant. Ideoque nobis præter naturam videbatur, bal-  
samum folia abijcere, ut hyeme noua germina produceret: nobis  
enim id obseruantibus, quæcumque habuit folia, recens nata erāt.  
Eius iustum magnitudinem tradere nequimus; nam quotquot  
eius frutices in horto aderant, stipitem solum habebant pedis lon-  
gitudine, & pollicari crassitie, tenuibus ramulis præditum, raris fo-  
liis obsitis. Vbicunque autem tandem nascantur, duorum aut triū  
cubitorum altitudinem non superāt; & pedali altitudine cum sint,  
in multos graciles rami los anserinæ pennæ caule haud crassiores  
finduntur. Balsami frutices Matareæ iam recens putati fuerant, sic  
ut foli stipites superessent, qui ramulorum rudimenta produce-  
bant. Eiusdem etenim est balsamum cum vite naturæ, quam sin-  
gulis annis putare necesse est, alioqui degenerat. Noua illa bal-  
sami germina sub rubente cortice erāt tecta, foliaque viridia habe-  
bant, lentiscinorum foliorum modo formata, hoc utrinque in ner-  
uo nata, ut in rosatum, vel fraxini, vel iuglandis folijs videre est,  
ciceris tamen foliorum magnitudinem non excedebant, sicque co-  
structa erat eorum series, ut postremum foliolum extimam alam  
occupans, imparem numerum efficeret: nam totius alæ foliolis nu-  
meratis, terna, quina, aut septena inueniuntur, septenarium certe  
numerum superare uix animaduertimus: extremum autem folio-  
lum reliquis maius est, factō etenim ab illo progressū, reliqua sen-  
sim minutiora sunt, ut in rutæ folijs. Plinius in eius historia Theo-  
phrastum per omnia sequitus est, quemadmodū etiam Dioscori-  
des, eiusque vestigij insistentes, balsami folia rutæ folijs compara-  
runt: quod veritati consonum esse deprehendimus. Quoniam  
autem primum in Matarea illud exakte non obseruaueramus, de-  
nou illud spectatum inimus, eiusque ramulum nacti, ipsum, atque  
illius.

## D E V B A L S A M O

illius folia degustauimus, quæ facultatis non nihil adstrictoriae es-  
se comperimus, pinguisque aliquantulum saporis, atque aromati-  
ci, ramorum autem cortex his odoratior est. Gemino corti-  
ce prædicti sunt ramuli, extimo foris subrubente, qui ut membrana  
intimum viridem operit. Is gustatus inter Thus, & Terebinthi fo-  
lium sapit, satureiæ sylvestri sapore simili admodum grato, atque  
digitis tritus cardamomum olet: ipsum lignū candicat, odorisque  
& saporis expers est, non secus atque aliud inutile lignum. Ipsiū  
virgæ rectæ sunt & graciles, rarisque foliorum alis sparsim & con-  
fuso ordine nascentibus obseptæ, quæ (vt diximus) ternis, quinisi,  
aut septenis foliolis cōstant. Variæ sunt auctorum, qui de balsamo  
scriperunt opiniones: & nisi nosipsi plantam conspexissimus, ni-  
hil post illos de eo scribere ausi fuissimus: atque in eam fere op-  
inionem inclinaremus, illud Hicrico planis nunquam cultum fuis-  
se. Quia autem ipsum fruticem vidi mus, diligenterque obser-  
uauimus, de eo, tanquam de re quæ diligentí obseruatione  
digna, differere libuit. Experientia autem didicimus, lignum  
illud vulgo xilobalsamum nuncupatum, quod ex Fœlici Ara-  
bia delatum à mercatoribus venditur, cum Aegyptio quod in  
Matarea colitur, conuenire: nam desiccatum nostrum balsami ra-  
mum cum eo, quod in officinis venale reperitur contulimus, atque  
omnibus notis respondere, deprehendimus: estque ex duobus  
alterum necessarium, aut xilobalsamum & carpobalsamum, quale  
in officinis venditur, adulterinum esse, aut illud Aegyptium, quod  
colitur in Matareæ horto, legitimumque balsamum esse censemur.  
Nam cum in omnibus conueniant, certique simus idem esse, asse-  
rimus, & concludimus id, quod hoc nomine uenale reperitur, si  
mile ei esse, quod ab omni antiquitate in usu fuit. Balsamum nunc  
temporis in sola Aegypto colitur apud Cayrum. Et licet Theo-  
phrastus in ea opinione sit, id sylvestre & sponte nasci non inue-  
niri: afférere tamen audemus, ab omni ævo in fœlici Arabia fuis-  
se, atque etiam nunc nasci, cuius lignum, & fructus etiam olim ad  
nos perlata fuerint cum alijs Arabiæ mercibus. Atque demonstra-  
re uolumus ea non minus cognita fuisse mercatoribus, quam reli-  
qua aromata, vt ex medicamentorum, quibus perpetuò in ijs soli-  
ta sunt, cōpositionibus apparet. An non Mithridates in suū medi-  
camentū intulit? An non in officinis uenalia reperiēbātur? Id ex  
sola Diosc. auctoritate probari potest, qui in sua ètate carpoba!sa-  
mum

mū adulterari cōqueritur. Carlobalsamū (inquit) adulteratur se-  
mine hyperico simili, quod à Petraoppido defertur per Petrā oppi  
dū Mecā intelligimus, atq; de xilobalsamo: è ligni genere, quod xi  
lobalsamū vocant, probatur recens, farmento tenui, fuluū odoratū,  
quadatenus opobalsamum spirans. Ex his liquido apparet vulga-  
ris vſus inter reliqua aromata fuisse. Sed & ex Diodori Siculi ve-  
tustissimi scriptoris Arabiæ fœlicis opes enumeratis, uerbis, manife-  
sto liquet. Maritimis enim locis balsamum producere ait. Cul-  
tum igitur id esse non intelligit, sed sponte nascens. Pausanias etiā  
tradit balsamum Arabiæ fruticem esse. Plerique tamen autores  
de balsamo agentes, inter se non conueniunt. Nam Strabo pro-  
dit in Syria nasci apud lacum Genezareth, inter montem Libanū  
& Antilibanum. Reliqui volunt solam Iudeam regionem id pro-  
ducere, eiusque ramos osse cultro, aut uitro duntaxat vulneran-  
dos esse ad liquorem celiendum, alioqui si ferro cedantur, statim  
emori, Cornelius Tacitus scribit, ferro iuxta adposito, metu exhor-  
rescere, idcirco alijs quām ferreis instrumentis vulnerandum; si li-  
quorem elicere quis cupiat. Percontantes a mercatoribus Cayri  
de balsamo, cum nostrum ramulum conferremus, nobis affirma-  
runt, quidquid xilobalsami, uel carlobalsami unquam uendidiſ-  
sent, id omne ex Meca cum alijs aromatibus accepisse;  
atque meminiſſe suo tempore balsami frutices, qui  
nunc in Matarea coluntur, ex Arabia fœlici  
delatos esse, magnis sumptibus Sulta-  
ni. Quoniam uero id nobis tam  
multi affirmarunt, existima-  
uimus sine ullo scrupulo  
aut dissimulatione  
nobis licere  
id scribe  
re.

Laus Deo Opt. Max.



INDEX  
EORVM OMNIVM,  
QVAE IN TOTO OPERE  
CONTINENTVR.

Aduertant lectors, numerum foliorum, 37, 38, 39, 40, typogra-  
phi incuria esse duplicatum. Proinde primos in indice  
littera K adnotauimus, Cum sint folij eadem  
littera signati, numeri.

- A**bdellai plantæ atque fru-  
ctuū descriptio. f. 45.a  
Abdellai melonis ichō.  
fol. 46.a  
Abissina Cassia quæ, & eius usus.  
fol. 2.b  
Abrus descriptio. fol. 31.b  
Abrus seu phaseoli rubri ichon.  
fol. 32.a  
Absus herba. fol. 37.a  
Acatia quibus in locis proueniat.  
fol. 4.a  
Acatiæ arboris descriptio. fol. 4.a  
Acatiæ arborum differentiæ. fol. 4.b  
Acatiæ succus. fol. 4.b  
Acatiæ Ichon. fol. 6.b  
Acatiæ succi usus apud Aegyptios.  
fol. 5.b  
Acatiæ succi loco, quem succum Itali  
parent. fol. 4.b  
Acatiæ maris & feminæ descriptio.  
fol. 4.b  
Acatiæ quando flores edat. fol. 4.b  
Acatiam esse arborem sœcundissi-  
mam. fol. 4.b  
Acatiæ fert gummam, quam Arabi-  
cam medici vocant. fol. 5.a  
Acatiæ, quæ species in Zacyntho In-  
sula proueniat. fol. 53.b  
acatiæ Zacynthinæ descriptio. fo. 54.a.  
acetosæ Zacynthinæ descriptio.  
fol 53.b  
achaouan descriptio. fol. 46. b atque  
